ANDREAS SAMPERS

# EPISTULARUM COMMERCIUM INTER PATRES CSSR IN ITALIA ET TRANS ALPES TEMPORE S.I CLEMENTIS, 1786-1820

## INTRODUCTIO

Rem sane utilem esse credimus exhibere tabulam chronologicam omnium epistularum hucusque notarum, quae inter fratres cis et trans Alpes degentes ab an. 1786, quando scilicet S. Clemens in Austriam rediit, usque ad an. 1820, quando e vita discessit, ab utraque parte datae et acceptae sunt. Adiungimus epistulas aliarum personarum extra Italiam degentium, ex necessitudine cum Patribus ad Superiores CSSR, Romae vel in Pagani residentes, scriptas, sicuti et quasdam epistulas ab exteris in Italia ad Patres trans Alpes missas, quia ad epistularum commercium inter ipsos sodales CSSR proxime accedunt.

Tabulam volumus esse completam hoc sensu, ut notitiam praebeat de omnibus epistulis, quarum praesentia in variis archivis nobis nota est; multae tamen epistulae deperditae sunt, sicuti coniici licet ex indiciis nonnullarum quae exstant et responsa sunt ad epistulas deperditas. Ope horum indiciorum necnon notitiarum ex aliis fontibus provenientium forse possibile erit constituere elenchum fere completum omnium epistularum, de quibus agitur; sed ab hoc labore sat complexo pro momento abstinemus.

Quia tamen omnes epistulae S.i Clementis Romam missae inter annos 1786-1792 desiderantur, operae pretium duximus colligere saltem notitias quae ad has epistulas referuntur ex responsis a Superiore generali Romano datis — has notitias peculiari signo (°) adnotavimus. Hoc modo tabulam epistularum adhuc exsistentium pro tempore 1786-1792 et pro solo S.o Clemente completavimus. Sed etiam epistulae romanae huius temporis ad S.um Clementem datae non in originali textu ad nos pervenerunt, ast tantum in versione summaria in lingua francogallica, quasi semper defectiva et non raro vitiosa, quae iussu ducis Davoust an. 1808 confecta est. Haec documenta translata, quae nunc conservantur in Archivo Nationali-Paris (abbrev. ANP), asterisco (*) signavimus. Non cognoscimus epistulas a P.e Hübl vel aliis Patribus annis 1786-1792 in Italiam scriptas, nec epistulas ex Italia ad eos datas, exceptis duobus epistulis RM F. de Paola ad P.em Eghker an. 1792 scriptis.

Ab anno vero 1793, quo Congregatio a Capitulo generali in Pagani habito ad unitatem reducta fuit et Rector Maior Blasucci, in eodem Capitulo electus, denuo in Pagani residentiam fixit, multae epistulae originales exstant, quamquam aliae non paucae deperditae sunt. Conservantur maxime in Archivo Generali CSSR-Roma (abbrev. AG) et in Archivo Secreto Vaticano (abbrev. AV). Aliae habentur tantum in supradicta versione francogallica. Quaedam epistulae, quae prius certo certius in AG conservabantur, nunc non amplius comparent, uti sunt epistulae S.i Clementis diei 31 XII 1796, 22 VII 1799, 9 I 1808, 25 IX 1811, de quibus tamen copiae recentes exstant. Epistularum vero P.is Passerat VII 1799, 20 I 1801, 5 XII 1801, 25 II 1803, quae de modo procedendi S.i Clementis quoad vitam religiosam et labores apostolicos tractant, ne vestigium quidem reliquum est; idem valet de epistula RM Blasucci ad S.um Clementem diei 21 XII 1802.

Indicamus semper archivum, ubi epistulae conservantur. Addimus insuper locum, quo in opere *Monumenta Hofbaueriana* (abbrev. MH), an. 1915-1951 in 15 tomis vulgato, editae sunt (1). Invenimus etiam 41 epistulas nondum editas, quas ut complementum operis MH post tabulam nostram imprimendas curabimus. De tribus epistulis, quae non integre in MH editae sunt, partes omissas adiungemus in serie epistularum nondum editarum. Hoc modo studiosis iamiam praesto erit textus integer omnium harum epistularum, in MH vel in nostris additamentis, quae pro historia Congregationis nostrae quam maximi sunt momenti. Epistulas nondum (integre) editas in tabula cruce (+) signavimus.

Conservantur in AG LVIII 1 aliqui indices archivi generalis, quod in Pagani exstabat, confecti a P.e Ioanne Sabelli, qui an. 1822 in Pagani advenit et postea per longos annos Rectoribus Maioribus a secretis erat (2). Inter hos indices habetur: *Archivio delle Lettere Oltramontane,* aut sicuti sonat titulus internus: *Notamento delle notizie contenute nelle Lettere Oltremontane dall'anno 1793* (abbrev. ALO). In hoc indice vero recensentur epistulae ex Pagani trans Alpes missae et inde acceptae, argumento breviter apposito. Hic index tamen non est completus. Incipit ab epistula diei 23 V 1793 ex Warszawa recepta — epistulae ergo ad RM De Paola datae necnon minutae epistularum ab eo ad fratres trans Alpes scriptarum in archivum Paganense translatae non sunt, sicuti fieri debuisset post abdicationem P.is De Paola. Sed nec ab an. 1793 index completus est. Pag. 4 notatur: *Degli anni 1796-1799 mancano notizie;* post an. 1806 notatur pag. 6: *Mancano lettere sino ad anno 1817.* Ab an. 1822 (*25 Xbre Pagani. Dichiarazione del P. Sabelli sul suo destino*) epistulae omnes referuntur usque ad an. 1833, cum quo anno finitur index (pag. 33: *13 Dec. Vienna*). Tabula nostra, uti patet, est quasi alterum, magis completum *Archivio delle Lettere Oltramontane,* pro tempore S. Clementis (1786-1820).

Ex indice P.is Sabelli notitiam desumpsimus quattuor epistularum, quarum textus tamen nos latet — in tabula has notitias peculiari signo (×) munivimus. Notare iuvat alias sex epistulas in ALO relatas, et ab editoribus MH non inventas (cfr MH XV 143-144), nunc inveniri potuisse; prima epistula,

---

(1) De indole et divisione operis MH cfr *Spicilegium hist.* 1 (1953) 271-273.

(2) De P.e Sabelli cfr *Spicilegium hist.* 2 (1954) 297-299.

ibi indicata ut irreperta (diei 18 X 1800 ex Wien), ceterum iam edita erat in ipso opere MH XIV 93-94 (3).

Ab adponendis notis explicativis ad epistulas post tabulam repositas ratione abstinemus. Non agitur enim de editione textuum argumenti unici aut saltem inter se cohaerentis, sed contra in epistulis, annis 1802-1818 scriptis, de diversissimis tractatur a multis personis diversis. Nimiae ergo debuissent notae adponendae, si omnia de personis locis rebus explicare voluissemus. Accedit quod ope indicum in MH XV 164-204 multa quae ad explicationem occurrunt, facile inveniri queant.

## TABULA EPISTULARUM

°1786 [I ?]. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 7 II 1786.

°1786 [I/II ?]. S.CLEMENS ad PG I. Leggio.
Textus desideratur; citatur in epistula PG Leggio diei 26 II 1786.

*1786 II 7, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem, Wien.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 9.

*1786 II 26, Roma. PG I.LEGGIO ad S.Clementem, Wien.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 25.

°1786 V 29. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1786 VI 10, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem, Wien.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 9-11.

°1787 VIII 8. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1787 IX 16, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem, Warszawa.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 11.

*1788 II 27, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem, Warszawa.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 11-12.

1788 II 27. Exc. F.SALUZZO, Nuntius in Polonia, ad RM F.de Paola.
Minuta in AV, edita: MH X 251-252.

°1788 III 29. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 31 V 1788.

°1788 [IV ?]. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1788 V 24, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 12.

1788 V 31, Roma. RM F.DE PAOLA ad Exc. F.Saluzzo, Warszawa.
Originale in AV, editum: MH IV 135-136.

---

(3) Epistula PG Giattini ad RM Blasucci, Roma 2 IV 1804 - quae tamen ad nostram tabulam non attinet, utpote inter Patres in Italia degentes scripta - in MH XV 143 ut irreperta indicata, edita est in MH XIV 100.

*1788 V 31, Roma. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 12-13.
Corrigendus est textus editionis « 1808 messes » secundum copiam asservatam in AG in « 108 messes ».

°1788 [V ?]. S.Clemens ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 30 VII 1788.

°1788 VII 3. S.Clemens ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 20 VIII 1788.

*1788 VII 30, Frosinone. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 13-14.

*1788 VIII 20, Frosinone. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 14.

°1788 XII 5. S.Clemens ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1789 I 20, Frosinone. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 14-15.

*1789 II 4, Roma. PG I.Leggio ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 25-26.

°1789 [V ?]. S.Clemens ad PG I.Leggio.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1789 VI 16, Roma. PG I.Leggio ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita MH VIII 26.

*1790 VII 17, Roma. PG I.Leggio ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 27.

°1790 [VIII ?]. S.Clemens ad PG I.Leggio.
Textus desideratur; citatur in epistula PG Leggio diei 14 IX 1790.

1790 VIII 7, Roma. PG I.Leggio ad Exc. F.Saluzzo, Warszawa.
Originale in AV, editum: MH IV 138-139.

1790 IX 4, Roma. PG I.Leggio ad Exc. F.Saluzzo, Warszawa.
Originale in AV, editum: MH IV 139-140.

*1790 IX 14, Roma. PG I.Leggio ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 27-29.

*1790 IX 15, Frosinone. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 15.
Corrigendus videtur dies « 16 » editionis secundum copiam asservatam in AG in « 15 ».

°1790 X 13. S.Clemens ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1790 XI 28, Frosinone. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 15-16.

°1790 XII 13. S.Clemens ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1791 I 22, Frosinone. RM F.de Paola ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 16-17.

1791 I ?, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad Exc. F.Saluzzo, Warszawa.
Originale in AV, editum: MH IV 140-141.

*1791 II 11, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 17.

°1791 III 4. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 17 IV 1791.

°1791 III (V?) 26. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1791 IV (VIII ?) 16, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 18-19.
Corrigendus videtur dies « 26 » editionis secundum copiam asservatam in AG in « 16 ».

*1791 IV 17, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 17-18.

°1791 IV 26. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 22 VI 1791.

°1791 IV 30. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 22 VI 1791.

°1791 V 22. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1791 VI 22, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 19-20.

°1791 X 15. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 4 XII 1791.

°1791 X 20. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 28 XII 1791.

*1791 X 26, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 20.

°1791 XI 5. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 28 XII 1791.

*1791 XII 3, Roma. PG P.LACERRA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 151-152.

*1791 XII 4, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 20-21.

*1791 XII 28, Frosinone. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 21.

°1792 [IV ?]. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

*1792 V 21, Benevento. RM F.DE PAOLA ad S. Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 22.

°1792 VIII 4. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 1 IX 1792.

*1792 VIII 24, Benevento. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 22-23.

*1792 IX 1, Benevento. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 23.

*1792 IX 1, Benevento. RM F.DE PAOLA ad RP F.Eghker.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 23 nota.

°1792 X 3. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 20 XI 1792.

*1792 X 25, Roma. RM F.DE PAOLA ad RP F.Eghker.
Originale desideratur. Versio gall. (fragmentum) in ANP, edita: MH VIII 23 nota.

*1792 XI 20, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 23.

°1792 [XI ?]. S.CLEMENS ad RM F.de Paola.
Textus desideratur; citatur in epistula RM de Paola diei 11 I 1793.

°1792 [XI ?]. S.CLEMENS ad PG I.Leggio.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti (« Je vous suis redevable de répondre à vos *deux* lettres »).

*1792 XII 29, Roma. PG I.LEGGIO ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 29-30.

*1793 I 11, Roma. RM F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 24.

*1793 III 12, Pagani. PG I.LEGGIO ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 30-31.

*1793 IV 5, Pagani. RP I.CARDONE, Secret. Cap. gen., ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 32-33.

*1793 IV 5, Pagani. RP I.LEGGIO ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 33. Est nota adiuncta epistulae praecedenti.

1793 V 23, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci, Pagani.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 34-37.

1793 V 23, Warszawa. S.CLEMENS ad RP I.Cardone.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 33-34.

1793 VI 12, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 37-38.

*1793 VII 14, Pagani. RP I.LEGGIO ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 31.

1793 VII 20, Benevento. RM P.BLASUCCI ad Exc. F.Saluzzo, Warszawa.
Originale in AV, editum: MH IV 141.

1793 X 29, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 38.

1794 II 11, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 39-40.

1794 III 17, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Minuta in AG IX A 1, edita: MH VIII 40-41. Versio gallica in ANP, cfr MH VIII 40 nota.

1794 XII 29, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale AG IX A 1, editum: MH VIII 41-44.

1794 XII 31, Warszawa. Exc. L.LITTA, Nuntius in Polonia, ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX B 31, editum: MH VIII 201-202.

*1795 II 27, Benevento. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 44-45.

1795 IV 11, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 46-48.

*1795 V 25, Pagani. RP I.LEGGIO ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 32.

1795 IX 15, Praha. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 48-50.

1795 XI 23, Znaim. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 51-52.

1795 XII 18, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 52-54.

*1796 I 8, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 54-56.

*1796 V 18, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 56-57.

*1796 V 26, Roma, RP A.MONA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 152-153.
Corrigendus videtur dies « 28 » editionis secundum copiam asservatam in AG in « 26 ».

1796 VII 26, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 57-60.

*1796 X 8, Roma. RP A.MONA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 153.
Corrigendus videtur dies « 16 » editionis secundum copiam asservatam in AG in « 8 ».

1796 XII 31, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Copia facta a RP A.Pfab in AG IX A 2, edita: MH VIII 60-63.

*1797 IV 7, Pagani, RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 63-64.

*1797 X 15, Frosinone. RP F.DE PAOLA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 24-25.

1799 VII 22, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Copia facta a RP. A.Pfab in AG IX A 2, edita: MH VIII 64-67.

°1799 [VII ?]. RP I.PASSERAT ad RM P.Blasucci.
Textus desideratur; citatur in epistula sequenti.

1800 I 11, Venezia. Exc. L.LITTA ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX B 31, editum: MH VIII 202-205.

*1800 II 15, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 67-69.

1800 VI 12, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1 (finis epistulae desideratur), editum: MH VIII 69-76.

1800 VIII 19, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 76-81.

1800 X 18, Wien. Sac. A.VIRGINIO ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 18[a], editum: MH XIV 93-94.

*1800 XII 28, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 81-82.

*1801 I 2. RP A.TANNOIA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 116-118.

×1801 I 20, Warszawa. RP I.PASSERAT ad RM P.Blasucci.
Textus desideratur; citatur in ALO 4: « Relazione del P.Passerat sulla condotta del P. Vicario Gen.le P.Hoffbauer, e sull'inosservanza ».

1801 IV 18, Warszawa. RP I.VANNELET ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX B 32, editum: MH XIV 94-97.

*[1801 VII 14, Pagani]. RM P.BLASUCCI ad Fratres in Warszawa.
Originale deest. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 82-87.
Dies epistulae patet ex epistula sequenti.

1801 X 1, Warszawa. S.CLEMENS ad Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 87-90.

1801 X 1, Warszawa. S.CLEMENS ad RP A.Tannoia.
Copia (initio saec. 19) in AG IX B 33, edita: MH VIII 118-126.

×1801 XII 5, Warszawa. RP I.PASSERAT ad RM P.Blasucci.
Textus desideratur; citatur in ALO 4: « Il P.Passerat informa il P. Rett. Magg. sugli effetti prodotti in P.Hoffbauer dalla correzione fattagli ».

1801 XII 19, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 90-96.

1802 I 8, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Minuta in AG IX A 1, edita: MH VIII 96-97. Versio gallica in ANP, cfr MH VIII 96 nota 1.

1802 III 31, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 97-99.

1802 IV 2, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 99.

*1802 V 19, Roma. RP A.MONA ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 154.

*1802 VI 25, Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 99-100.

1802 VII 10, Warszawa. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 100-102.

+1802 XII 3, Klagenfurt. Sac. H.RIGOLET ad RP A.Tannoia, Napoli.
Originale in AG IX A 18[b], editur infra n.1.

1802 XII 21, Augsburg. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 102-103.

×1802 [XII 21]? Pagani. RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Textus desideratur; citatur in ALO 5: « Notamento delle Messe e del denaro. Proibizione di venire in Roma per occupare il Collegio Polacco ».

1803 I 27, Jestetten(Tabor). S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1 (subscriptio desideratur), editum: MH VIII 103-104.

1803 II 3, Jestetten(Tabor). S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 105-106.

×1803 II 25, Warszawa. RP I.PASSERAT ad RM P.Blasucci.
Textus desideratur; citatur in ALO 5: « Lettera del P.Passerat sulla condotta del P.Hoffbauer e sugli abusi nella Comunità ».

+1803 IV 2, Klagenfurt. Sac. H.RIGOLET ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 18[b], editur infra n. 2.

1803 V 6, Ausburg. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 104-105.

[1803 V 6, Augsburg]? S.CLEMENS ad RP A.Tannoia, Napoli.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 126-127.

1803 VI ?, Jestetten(Tabor). S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 108-112.

[1803 VII 13, Pagani]? RM P.BLASUCCI ad S.Clementem.
Minuta in AG IX A 1, edita: MH VIII 106-107.

1803 VIII 23, Jestetten(Tabor). S.CLEMENS ad R.M. P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 112-113.

1803 IX 27, Roma. S.CLEMENS ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 113-114.

1803 X 18, Spello. S.CLEMENS ad PG V.Giattini, Roma.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 128-129.

1803 X 21, Wien. Sac. A.VIRGINIO ad RP A.Tannoia.
Originale in AG IX A 18[a], editum: MH XIV 98.

+1803 XI 24, Jestetten(Tabor). RP I.PASSERAT ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 3.

1803 XII 3, Wien. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 129-130.

+1804 II 26, Warszawa. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 130-131. Pars epistulae, in editione omissa, suppletur infra n. 4.

+1804 V 2 Wien. Sac. A.VIRGINIO ad PG V.Giattini
Originale in AG IX A 18[a], editur infra n. 5.

+1804 VI 30 Wien. Sac. A.VIRGINIO ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 18[a], editur infra n. 6.

1804 VIII 25, Warszawa. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIV 98-99.

1804 IX ?, Ausburg. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIV 99.

+1804 IX 5 Wien. Sac. A.VIRGINIO ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 18ª, editur infra n. 7.

1804 XII 2, Roma. RP F.DE PAOLA ad Exc. A.Severoli, Nuntium in Austria.
Originale in AV, editum: MH XIV 100-101.

1805 I 2, Jestetten(Tabor). S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIV 102-103.

+1805 I 18, Luzern. RP I.PASSERAT ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 8.

+1805 II 12, Jestetten(Tabor). RP I.PASSERAT ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat, editur infra n. 9.

+[1805 III ]? S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editur infra n. 10.

1805 IV 17, Jestetten(Tabor). S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIV 103-104.

1805 IV 23, Warszawa. RP TH.HÜBL ad PG V. Giattini.
Originale in AG IX B 30, editum: MH VIII 216-218.

+[1806]? RP I.PASSERAT ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 11.

1806 III 12, Warszawa. RP TH.HÜBL ad RM P. Blasucci.
Originale in AG IX A 1, editum: MH VIII 218-219.

1806 III 12, Warszawa. RP TH.HÜBL ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 30, editum: MH VIII 221-225.
In editione (p. 224) unus versus omissus est, qui sonat: « Il Krakas [*Notiziario di di Roma*] dell'anno 1806 - copia 1. »

1806 IV 20, Pagani. RM P.BLASUCCI ad RP Th.Hübl.
Minuta in AG IX A 1, edita: MH VIII 219-221.

1806 VI 3, Babenhausen. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 132-133.

1806 VI 26, Roma. PG V.GIATTINI ad S.Clementem.
Minuta in AG IX A 3, edita: MH XIII 327-328.

1806 VII 21, Babenhausen. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 133-134.

+1806 VIII 7, Roma. PG V.GIATTINI ad Patrem quendam in Warszawa.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP AF$^{IV}$ 1046 n. 107, editur infra n. 12.

+1806 IX 22, Wien. RP TH.HÜBL ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 30, editur infra n. 13.

+1806 IX 24, Wien. RP TH.HÜBL ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 30, editum: MH VIII 228-229. Pars epistulae, in editione omissa, suppletur infra n. 14.

+1806 X 21, Wien. RP TH.HÜBL ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 30, editum: MH VIII 231-232. Partes epistulae, in editione omissae, supplentur infra n. 15.

+1806 XI 30, Wien. Exc. A.Severoli ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 35, editur infra n. 16.

+1806 XII 6, Spello. RP A.Marini ad S.Clementem et RP Th.Hübl.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP $AF^{IV}$ 1046 n. 98, editur infra n. 17.
Huic epistulae adiuncta est epistula mercatoris P.Chiodetti ad RP Th.Hübl, editur infra n. 17[a].

1807 III 7. RP Th.Hübl ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX B 30, editum: MH VIII 254-258.

1807 III 8, Warszawa. RP Th.Hübl ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 30, editum: MH VIII 259.

*1807 VI 2, Roma. PG V.Giattini ad RP Th.Hübl.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 260-261.

+1807 VII 28, Chur. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 18.

+1807 VIII 12, Chur. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 19.

*1807 IX 16, Spello. RP A.Marini ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita: MH VIII 162-163.
Huic epistulae adiuncta est epistula mercatoris P.Chiodetti ad S.Clementem, edita partim: MH VIII 163.

+1807 IX 30, Chur. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 20.

1807 XI 14, Warszawa. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 134.

1807 XI 14, Warszawa. S.Clemens ad mercatorem P.Chiodetti.
Copia antiqua in AG IX A 3, edita: MH VIII 149-151.

1807 XII 26, Wien. Exc. A.Severoli ad PG V.Giattini.
Minuta in AV, edita: MH V 103.

*1808 I 4, Spoleto. Mercator P.Chiodetti ad S.Clementem.
Originale desideratur. Versio gallica in ANP, edita partim: MH VIII 163 nota 3.

+1808 I 4, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 21.

1808 I 9, Warszawa. S.Clemens ad RM P.Blasucci.
Copia facta a RP A.Pfab in AG IX A 5 p.23-25, edita: MH VIII 114-116.

1808 II 24, Warszawa. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 135-137.

1808 III 9, Warszawa. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 137-138.

+1808 III 10, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 22.

1808 V 5, Warszawa. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 322-324.

1808 V 11, Warszawa. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 324-325.

1808 V 17, Warszawa. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH VIII 138-139.

+1808 VI 24, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 23.

+1808 VIII 25, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 24.

[1808] X 12, Radzymin. RP I.Podgorski ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 36, editum: MH VIII 266-267.

+1808 X 20, RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 25.

+[1809] II 14, Radzymin. RP I.Podgorski ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 36, editur infra n. 26.

+1809 IV, 9, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 27.

+1809 V 18, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 28.

+1809 VIII 6, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat, editur infra n. 29.

+1809 X 15, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 30.

+1810 III 29, Visp. RP I.Passerat ad PG V.Giattini.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editur infra n. 31.

1811 IX 25, Wien. S.Clemens ad RM P.Blasucci.
Copia facta a RP A.Pfab in AG IX A 5 p. 35-37, edita MH XIII 321-322.

1814 VII 25, Roma. PG V.Giattini ad Exc. A.Severoli.
Originale in AV, editum: MH XIV 113.

1814 XI 8, Wien. S.Clemens ad Rectores CSSR in Gubbio et Spello.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIV 115-116 (partim etiam: MH XV 138-139).

1815 I 31, Wien. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIV 118.

1815 III 29, Wien. S.Clemens ad Card. L.Litta, Praef. S.C. de Prop. Fide.
Originale in Arch. S.C. de Prop. Fide, editum: MH XIV 8-10.

1815 IX 22, Wien. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 279 ($1^a$ pars) et VIII 139 ($2^a$ pars).

1815 X 4, Wien. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 297-298

1816 I 8, Wien. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 298-299.

1816 V 26, Wien. S.Clemens ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 299-301.

1816 VII 28, Wien. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 301-302.

1816 VII 29, Wien. S.CLEMENS ad Card. L.Litta.
Originale in Arch. S.C. de Prop. Fide, editum: MH XIV 24-25.

1816 VIII 10, Wien. S.CLEMENS ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX A 3, editum: MH XIII 302-303.

[1816] VIII 10, Wien. S.CLEMENS ad RP C.Angiolini SI, Roma.
Copia recens in AG IX A 7, edita: MH XIII 305-306 (vide nota p. 67).

1816 IX 25, Wien. S.CLEMENS ad RP C.Angiolini SI, Roma
Copia recens in AG IX A 7, edita: MH XIII 306-307 (vide nota p. 67).

+1817 V 3, Wien. RP I.SABELLI ad RM P.Blasucci.
Originale in AG IX B 44, editur infra n. 32.

+1817 V 20,Wien. RP I.SABELLI ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 44, editur infra n. 33.

1817 II 20, Wien, S.CLEMENS ad Card. H.Consalvi, Secret. Status.
Copia facta a RP A.Pfab in AG IX A 5 p. 56-57, edita: MH XII 251-253. Originale in AG IX A 3 cum annotatione: « questa lettera, previo ordine di Sua Santità, fu consegnata al R.mo P. Generale d. Congr. d. SS.mo Red. In fidem. 15 Dec. 1865 ».

1817 II 21, Wien. S.CLEMENS ad Summum Pontificem Pium VII.
Originale in Arch. S.C. de Prop. Fide, editum: MH XIV 28-29.

+1817 VI 18, Pagani. VG N.MANSIONE ad RP I.Sabelli.
Originale in AG IX B 44, editur infra n. 34.

1817 X 20, Wien, S.CLEMENS ad Card. L.Litta.
Originale in Arch. S.C. de Prop. Fide, editum: MH XIV 33-34.

+1817 X 23, Fribourg. Exc. P. YENNI, Ordinarius de Lausanne, ad Superiorem gen. CSSR.
Originale in AG X A 1, editur infra n. 35.

+1817 XI 12, Wien. RP I.SABELLI ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B. 44, editur infra n. 36.

1817 XI 18, Pagani, RM N.MANSIONE ad Exc. P.Yenni, Fribourg.
Originale in Arch. Episc. Friburg., editum: MH XIV 216.

+1817 XI 19, Wien. RP M.STARK ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 38, editur infra n. 37.

+1817 XII 1, Wien. RP M.STARK ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 39, editur infra n. 38.

1818 I 27, Wien. S.CLEMENS ad Card. A.Severoli.
Copia in Arch. S.C. de Prop. Fide, edita: MH XIII 293-295.

[1818 I 27]? Wien. RP M.STARK ad Card. A.Severoli.
Adiungitur epistulae praecedenti; edit. in MH XIII 295-296.

+1818 IV 12, Wien. RP M. STARK ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 40, editur infra n. 39.

1818 IV 16, Wien. Exc. P.LEARDI, Nuntius in Austria, ad PG V.Giattini.
Minuta in AV, edita: MH XIV 125. Originale in AG IX B 41.

+1818 V 8, Wien. RP M. STARK ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 42, editur infra 40.

1818 VII 2, Wien. S.CLEMENS ad Summum Pontificem Pium VII.
Copia facta a RP A.Pfab in AG IX A 5 p. 61-63, edita: MH XII 250-251 et *Spic. hist.* 2 (1954) 448-450.

+1818 VII 4, Wien. RP M.STARK ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 43, editur infra n. 41.

+1818 VIII 2, Wien. RP I.SABELLI ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 44, editur infra n. 42.

+1818 IX 9, Roma. PG V.GIATTINI ad RP I.Sabelli.
Originale in AG IX B 44, editur infra n. 43.

1818 IX 25, Wien. RP M.STARK ad Card. A.Severoli.
Copia in Arch. S.C. de Prop. Fide, edita: MH XIV 126-128.

1818 X 7, Wien. Exc. P.LEARDI ad PG V.Giattini.
Minuta in AV, edita: MH XIV 128-129. Originale in AG IX B 44.

+1818 X 7, Wien. RP I.SABELLI ad PG V.Giattini.
Originale in AG IX B 44, editur infra n. 44.

1818 XI 25, Roma. PG V.GIATTINI ad Exc. P. Leardi.
Originale in AV, editum: MH XIV 129-130.

1818 XII 20, Wien. S.CLEMENS ad RM N.Mansione.
Originale in AG IX A 1, editum: MH XIII 290-291.

1819 II 20, Wien. S.CLEMENS ad RM N. Mansione.
Originale in AG IX A 1, editum: MH XIII 291-293.

1820 IV 12, Valsainte. RP I.PASSERAT ad RM N. Mansione.
Originale in AG Epistulae P.is Passerat I, editum: MH XIII 209-211.

## EPISTULAE NONDUM EDITAE

1. - *Sac. H. Rigolet ad RP A. Tannoia, Klagenfurt 3 XII 1802.* - Orig.: AG IX A 18b.

L. Cor J. et M.

Plurimum Reverende ac Religiosissime Domine,
Domine Pater ac Patrone perquam Venerande!

O quam suaviter omnia Divina disponit Providentia! Per varias rerum et itinerum circumstantias ductus, Reverendae Tuae Paternitatis hausi notitiam. R. D. P. Aloysius Virgineo Ex-Jesuita nuperrime Vienna venit Clagenfurtum, et me peramanter invisit, utpote a R. D. Patre Hofbauer mihi optime noto, ut mihi inviseret, ex Warsavia praemonitus. Inter alia mihi enarravit, quod Reverenda Paternitas Tua scire aveat, ubi ille sacerdos Helvetus esset, qui olim venerabilem vestrum fundatorem Alphonsum de Ligorio visitasset. Dico, quod res est, ego ipsissimus, qui hasce exaro litteras, sum ille sacerdos, et summo semper mihi honori duco, quod tantum Ecclesiae lumen, cujus et praeclarae pietatis et insignis doctrinae fama ad nostros usque agros penetrarat, a facie cognoverim, quodque ego quantumvis mini-

mus a maximo nostrarum temporum episcopo liberali hospitio et familiarissimo colloquio fuerim exceptus. Libros ab ipso conscriptos quasi omnes, paucis exceptis, inter meos numero; eosdem lego et perlego avidissimis oculis, semper magis magisque de solidissimis et theologiae moralis et vitae asceticae principiis convictus, et odorifero balsamo, quod singulae paginae stillare videntur, quasi sensibiliter confortatus.

Tunc temporis eram Romae capellanus in monasterio Monialium de Perpetua Adoratione SS. Sacramenti, nationis germanicae, quod vulgo Beatae Virginis Mariae Einsidlensis dicebatur, et erat proximum monasterio S. Mathaei in Merulana. Istae Moniales die noctuque Deum Eucharisticum alta voce adorabant; institutum sane pulcherrimum et ad devotionem magis magisque excitandam aptissimum.

Tandem Deo disponente in Helvetiam fui reversus, ibidem in Comitatu Doggenburg ad ecclesiam Omnium Sanctorum in Riken dictam multis annis fungebar officio parochi. Parochia pertinet ad RR. DD. Principem St. Galli, Ordinis St. Benedicti. Sed invalescente diabolica revolutione anno nonagesimo octavo 29 Augusti ex Helvetia emigravi, quia juramentum civicum aequalitatis et libertatis, quod tunc in Helvetia a Gallis extorquebatur, etiam sub conditione praestare conscientiae mihi duxerim. Quamvis ego illos, qui id addita conditione praestiterint, minime condemnem, neque ullo modo condemnandos censeam, tamen ego intimo, nescio quo instinctu adeo eram instigatus, ut nullo modo ad ejusmodi praestandum juramentum persuaderi potuissem, forte a Deo ad aliud vocatus.

Tandem post emensa per diversas regiones itinera, Deo volente, Clagenfurtum veni, totius Carinthiae metropolim, et ibidem in primaria ad St. Aegidium parochiali ecclesia munus concionatoris obeo.

Abs dubio a me aliquas annotationes expectas, vitam, dicta et facta ven. Servi Dei concernentes, et tertio tomo, cui scribendo te accingis, inserendas. Non inficias eo, habeo aliqua notatu digna, sed hac vice de iis mentionem facere supersedeo, utpote nondum certus, an istae litterae ad tuas manus certo sint perventurae. Ne igitur scriptio in incassum cadat, abstineo. Si hasce meas responsoriae excipiant, lubens volens, quae mihi nota sunt, sincere indicabo.

Calamum retraho, ne pia religiosae solitudinis silentia diutius moleste fidelis interrumpam. Superest ut me ferventissimis precibus atque ponderosis favoribus mirum in modum commendem, interea spe fretus quamprimum responsorias accipiendi, demisissima cum devotione et reverentia sum et ero ad cineres usque

Minimus in Christo Servus
Henricus Vicentius Ferrerius Rigolet
Concionator ad Sanctum Aegidium

Clagenfurti, d. 3 Decemb. 1802.

*Inscriptio a tergo*:
Al Molto Rev.do e Religiosissimo Padre, Padrone Colendissimo
Il Signore Signore Antonio Tannoja della Congregazione del SS. Redentore
Nella Città di Napoli A Napoli

2. - *Sac. H. Rigolet ad RM P. Blasucci, Klagenfurt 2 IV 1803.* - Orig.: AG IX A 18[b].

L. Cor J. et M.

Plurimum Reverende ac Religiosissime Domine,
Domine Pater Superior Generalis!

Tertia Decembris elapsi anni RP. Antonio Tannoja scripseram, sed hucusque nullum accepi responsum. Ipse a R. P. Virginio, qui Viennae in Austria habitat, petierat, ut indicaret locum, in quo ille sacerdos commoraretur, qui venerabilem vestrum fundatorem Nuceriae Paganorum visitaret. Ego sum ille sacerdos Helvetus, qui summo mihi honori duco, venerabilem Episcopum Alphonsum de Ligorio optime novisse. Quamprimum responsoriae advenerint litterae, pl<eraque> scribam.

Tantum hoc addo. Anno nonagesimo octavo adm<imistrata> per undecim annos parochia emigravi ex Helvetia, eo quo c<ivicum> juramentum, quod tunc temporis ab omnibus ecclesiasticis p<raestandum> extorquebatur, praestare conscientiae mihi duxerim. Nunc ha<bito> Clagenfurti in Carinthia, et officio concionatoris fungor.

Interea ferventissimis Reverendissimae Paternitatis Tuae precibus et favoribus ponderosissimis me mirum in modum commendo, et summa cum veneratione persisto

Minimus in Christo Servus
Henricus Vincentius Ferrerius Rigolet
Concionator ad St. Aegidium

Clagenfurti, d. 2 Aprilis 1803.

Adresse: Henrico Vincentio Ferrerio Rigolet
Concionatori in Ecclesia parochiali ad St. Aegidium
Clagenfurti in Carinthia

*Inscriptio a tergo:*
Al Rev.mo Padre, Padrone Colendissimo
Il Padre Don Pietro Paulo Blasucci
Superiore Generale della Congregazione del Santissimo Redentore
per Roma - Napoli A Nocera dei Pagani nel Regno

3. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Jestetten 24 XI 1803.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Monsieur et très Révérend Père,

Quoique je n'ai pas l'honneur d'être connu de vous, cependant je m'adresse à vous pour vous demander une grâce avec une pleine assurance d'être exaucé. Vous dont l'état et l'inclination est de se consumer pour la gloire de Dieu et le service du prochain, ne refuserez pas à une pauvre veuve affligée votre secours. Voici ce dont il s'agit.

Mon frère est mort hors de France dans une Société de Solitaires fran-

çois, il y a déjà plus de huit ans. On n'a pas encore pu obtenir d'extrait mortuaire. Mon père étant mort depuis, ma mère se trouve extrèmement dans la peine. Quoique mon père défunt lui ait tout cedé par une donation *inter mortuos,* des parents collatéraux et avides n'ont pas cessé de vexer ma mère et la vexent toujours. Si elle avoit un extrait mortuaire de mon frère, elle seroit à l'abri de toutes poursuites. Je vous prierois donc, Monsieur et très Révérend Père, de vouloir bien aller visiter ces Solitaires françois qui ont une maison à Rome, et les presser de procurer un extrait mortuaire de mon frère; ou au moins de donner une attestation en forme et avec le cachet de leur Societé de la mort de mon frère. Je loue leur zèle et détachement des choses d'ici bas. Mais la Religion nous ordonne de ne pas, par une ferveur mal placée, troubler les familles; et jamais Notre Seigneur n'approuvera qu'on néglige les moyens licites de protéger la veuve. Le Révérend Père Hübel m'avoit donné l'adresse d'un certain Religieux Président de l'Ordre des Prémontrés Romae in Montibus. Mais comme j'ai perdu cette adresse, je ne puis lui adresser ma lettre. Vous pourriez peut-être, mon très Révérend Père, le connoitre. Il sait le françois, les RR.PP. Hübel et Hoffbauer l'ont visité pendant leur séjour à Rome et m'ont beaucoup loué sa charité. Si vous n'aviez pas connoissance de ces Solitaires françois, vous pourriez le prier en mon nom de s'intéresser pour ma mère. Voici le nom de mon frère: André Passerat (nommé en Religion Frère Xavier), mort à peu près vers l'année 1796 dans la Société de ces susdits Solitaires vêtus de blanc; sa mort est arrivée je crois à Klagenfurt en Carinthie dans un hôpital, lorsqu'il fuyoit avec ses confrères devant les François.

Je vous baise les mains et j'ai l'honneur d'être avec le plus profond respect.

Monsieur et très Révérend Père.

Votre très humble et très obéissant serviteur
P. Joseph Passerat Rect. Cong.tionis SS. Redemptoris
Jestettae prope Schaffhusam in Monte Thabor

J'ai écrit en France pour avoir les livres, dont vous avez donné la note au Révérend P. Hübel. Je vous les enverrai aussitôt que je les aurai.

D'Jestette près Schaffhouse sur le Mont Thabor, ce 24 9bre 1803.

4. - *Pars epistulae S.i Clementis ad PG V. Giattini, Warszawa 26 II 1804.* - Orig.: AG IX A 3. (Altera pars epistulae edita: MH VIII 130-131).

...involucrum istud.

In maximum prolapsus sum errorem circa calculum Missarum, quas R.mo P. Rectori Majori celebrandas misi; quem errorem nunc primo, reversus Varsaviam, detexi.

Res sic se habet: In una tuarum litterarum, data Romae die 15 Oct. an. trans. mihi communicavisti excerptum epistolae R.mi Patris Rectoris

Majoris, datae ex 7 Oct., in qua quaeritur a me, quid facere deberet de residuis 247 ducatis, 80 assibus, qui penes illum depositi manserunt, dempta eleemosina pro Missis a me ipsi assignatis, et jam ex integro absolutis. Ego subito rescripsi, residuum, quidquid sit, applicandum esse pro Causa Beatificationis V. P., hac persuasione ductus, quod omnes Missae, quas ego assignaveram, essent absolutae; sciebam enim aliquid adhuc ex summa pecuniae, quam per Nummularium Obwexer misi, remansurum esse, ultra quam eleemosina, pro Missis conveniens, efficit. Reversus tamen ex Italia inveni aliam R.mi Patris epistolam, datam Nuceriae Paganorum die 13 Julii 1803. - Ex hac epistola edoctus fui, quod R.mus Pater tantum Missarum numerum 2712 absolverit, et quod posteriorem epistolam meam non receperit, in qua denuo 968 Missas celebrandas assignaveram, quae debebant computari pro supplemento residuae pecuniae. Istae 968 Missae habent eleemosinam ducatos neapolit. 188.25. Itaque precor, R.mo Patri notum facias, si praeter 2712 Missas, nullam posteriorem a me habuerit epistolam in qua adhuc alias 968 Missas celebrandas assignavi, epistolam istam certo fuisse perditam. Consequenter, ut quam primum poterit, jubeat celebrari mox dictum numerum Missarum 968. Residuum denique summae, quod demptis 188 ducatis remanet, ad cassam Beatificationis remittere dignetur.

Notandum hic venit, quod Missas superius memoratas, in numero 2712 jam an. D. 1802 mense Julii ad R.mum Patrem miseram; posteriores vero, numero 968, misi initio an. 1803.

Denique refero Reverentiae Tuae millenas gratiarum actiones a nostra hac communitate, pro charitatis plena memoria. Precor ut...

5. - *Sac. A. Virginio ad PG V. Giattini, Wien 2 V 1804.* - Orig.: AG IX A 18ª.

V.G.M.G.

Rev.mo Sig.re e Padrone Colendissimo,

Debbo cominciare col pregar V. S. R.ma a perdonarmi il mio ritardo nel rispondere e ringraziarla della pregiatissima sua del Gennaio scorso, la prima cioè delle due di cui mi ha favorito. Mi è pervenuta, per quanto mi sembra, assai tardi; ho spedita l'inchiusa al suo destino; ma la speranza di poterla ragguagliare dell'arrivo della cassetta di libri che si degnò di inviarmi da una settimana all'altra mi privò finora di questo onore. Questi libri non sono ancora giunti e non ho potuto finora averne alcuna notizia, sebbene abbia spedito in dogana a cercarne conto dietro l'indirizzo che V. S. R.ma si compiacque indicarmi coll'ultima pregiatissima sua del 13 Aprile. Se sapessi il nome dello spedizioniere a cui furono da Ancona indirizzati a Trieste, procurerei di farne fare colà le opportune ricerche.

La prego frattanto di gradire li miei più sinceri ringraziamenti pei quattro compendii della vita del Venerabile, dei decreti della S. Congregazione dei Riti, e del ritratto dello stesso, che V. S. R.ma si è degnata di destinar-

mi. Questo dono è sommamente prezioso per me, sia per essere un contrassegno della sua bontà verso di me, sia per la divozione particolare che professo al Ven. Monsignore. Tosto che avrò ricevuti li quattro compendii, non mancherò di spedirne uno, e di rimetterne un altro all'indirizzo prescrittomi da V. S. R.ma. Non si può abastanza ringraziar il Signore d'aver dato in questi miseri tempi alla sua Chiesa questo Santo, non solo per suo protettore e per modello degli uomini destinati ad una vita apostolica, ma ancora per averla provveduta per mezzo suo di sì valenti Operaj nella vigna sua, e difesa coi suoi scritti da dottrine nuove tanto più pericolose per gli incauti, che si cuoprono col manto di zelo e di santità.

La prego di onorarmi de' suoi commandi e di raccomandarmi al Signore, mentre pieno di venerazione e di gratitudine mi dichiaro

Di V. S. R.ma

Vienna, li 2 Maggio 1804

Div.mo Obbd.mo Obbl.mo Servidore
Luigi Virginio prete

6. - *Sac. A. Virginio ad PG V. Giattini, Wien 30 VI 1804.* - Orig.: AG IX A 18[a].

V.G.M.G.

Rev.mo Sig.re e Padrone Colendissimo,

In conseguenza del ricapito favoritomi da V. S. R.ma ho tosto scritto a Trieste, e ne ho ottenuto il desiderato effetto, poiché insieme colla risposta del Sig. Aichmar mi sono giunti i libri che erano già da lungo tempo quà a mia insaputa. Non posso abastanza esprimere a V. S. R.ma la mia graditudine per sì prezioso dono, e la supplico di gradirne l'omaggio il più sincero. Consegnerò ancora quest'oggi a S. E. Monsignore Nunzio l'esemplare del compendio della vita del Ven. in nome di V. S. R.ma, ed ho già preparato il plico dell'altro esemplare destinato pel P. Generale Gruber [*SI*], a cui ne do avviso con questo ordinario.

La sua bontà mi incoraggisce a pregarla di un nuovo favore. Mi è stato supposto che si stia facendo una edizione compiuta di tutte le Opere del Ven. Se ciò è, la supplico di prenotarmi tra gli associati per due corpi intieri, con indicarmi il prezzo che ho da soddisfare; anzi se si fosse stampato qualche programma di questa associazione, la supplicherei di favorirmene una copia, mentre non dispererei di trovare forse qualche altro associato.

Prontissimo a servirla pieno di ossequio e della più sincera gratitudine mi rinnovo

Di V. S. R.ma

Vienna, li 30 Giugno 1804

Umil.mo Dev.mo Obbl.mo Servidore
L. Virginio

7. - *Sac. A. Virginio ad PG V. Giattini, Wien 5 IX 1804.* - Orig.: AG IX A 18ª.

V.G.M.G.

Rev.mo Padre, Sig.re e Padrone mio Colendissimo,

Diverse assense che ho fatte da questa Capitale sono la cagione del non aver io primo d'ora ringraziata V. S. Rev.ma del suo gentilissimo foglio, e del non aver ancora letta seguitamente la vita del Venerabile; desiderando di farlo a bell'agio. Da quanto ne ho veduto, non posso a meno di ringraziare il Signore non solo d'aver dato alla sua Chiesa un sì gran modello di vita apostolica, ma ancora di avere ispirato a V. S. Rev.ma il pensiero di esprimere in ristretto e sì al vivo molti pregi di sì bell'anima per l'edificazione generale dei fedeli.

Piacesse a Dio che presto si mettesse la mano all'edizione della raccolta compiuta delle Opere del Venerabile. La via delle associazioni sembra che sia la più sicura; né dubito che si avranno ben presto degli associati in numero maggior del bisogno per assicurar le spese della stampa, massime qualora si prendano le opportune precauzioni per distribuire a tempo nei paesi stranieri gli avvisi d'invito alla associazione; per il quale oggetto sarebbe opportuno che i biglietti d'invito fossero di piccola mole per quanto sarà possibile, acciò si possano facilmente inchiudere nelle lettere. Ed in tal caso mi raccomando di nuovo alla sua gentilezza per avere qualche numero ragguardevole di questi prospetti di associazione. Crederei pure cosa molto vantaggiosa se V. S. Rev.ma potesse mandare di questi un certo numero al Sig. Ottavio Ponzoni compilatore dell'*Ape*, opera periodica che si stampa in Firenze; mentre so che questo Signore è zelantissimo per tutte le intraprese di questo genere che tendono al bene delle anime; ed ha molti mezzi per trovar degli associati tanto in Italia che fuori di essa.

Prendo pur la libertà di sommettere ai lumi di V. S. Rev.ma un pensiero che mi è caduto in mente su questo proposito. La gran quantità delle Opere del Venerabile potrebbe forse sbigottire alcuni, ed alienarli dall'impegnarsi a soscrivere per una raccolta si voluminosa. Di più molti tra i semplici fedeli non avrebbero forse a caro di provvedersi di opere puramente teologiche, oppur scritte in lingua latina; all'opposto molti tra gli esteri, massime ecclesiastici, amerebbero assai una raccolta di Opere di un sì grand'uomo scritta, almeno per la maggior parte, in lingua ad essi famigliare quale è la latina, e questa raccolta sarebbe loro meno accetta se fosse scritta per la maggior parte in lingua ad essi straniera. Non si potrebbe dunque, affine di facilitar l'uso di queste opere, proporre al pubblico due soscrizioni distinte, l'una per le Opere Teologiche, e l'altra per le Opere Ascetiche? Quelli che soscriverebbero per una collezione intera di tutte le opere, soscriverebbero egualmente per ambedue queste collezioni teologica ed ascetica, e molti che non soscriverebbero per la collezione intiera di tutte le opere, soscriverebbero facilmente per l'una o l'altra delle due separate.

S. E. Monsignor Nunzio ha provato una soddisfazione particolare nel

leggere il compendio della vita scritta da V. S. Rev.ma, ed ha tosto scritto nella sua Diocesi acciò quest'opera fosse adottata tra i libri ad uso del suo Seminario. Non ho per anco ricevuta risposta dal P. Gruber Generale della Comp. di G. in Pietroburgo, attesoché l'occasione per mandargliela si è presentata solo poco tempo fa; ma non dubito della singolar consolazione che avrà provata in leggerla.

Gradisca, la prego, il distinto ossequio con cui mi raffermo
Di V. S. Ill.ma e Rev.ma

Vienna, li 5 7bre 1804

Umil.mo Dev.mo Obbl.mo Servidore
L. Virginio

*Inscriptio a tergo:*
Le très R.P. Vincent Antoine Giattini de la Congrégation du Très St. Rédempteur.
Au Couvent de St. Augustin
à Rome

8. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Luzern 18 I 1805.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Très Révérend Père,

J'ai l'honneur de vous écrire au nom du R. P. Hoffbauer pour vous prier de nous rendre un service que le R. P. Hoffbauer a oublié de vous demander. Voici ce dont il s'agit. Le R. P. Vicaire géneral vous prie de lui acheter *ad Sanctum Xaverium* (ou ailleurs, si vous ne pouvez en trouver en cet endroit) cinq livres de médailles, dont une livre soit *ex minoribus,* une *ex majoribus* et trois *ex misculantibus;* qu'elles représentent, autant que cela se pourra faire, le Cœur de Jésus, les Douleurs de la très Ste. Vierge, le St. Rédempteur, la Ste. Famille, des Saints nouveaux tels que Ste. Thérèse etc., aussi les Saints Apôtres..., St. François Xavier, St. Jean Népomucène etc.

Le R.P. Hoffbauer vous prie en outre de lui envoyer deux exemplaires de la vie de notre Vénérable Père Fondateur en grand, c'est à dire la vie écrite en tout son long.

Je me recommande bien à votre bon souvenir et à vos saintes prières surtout au très St. Sacrifice et suis avec reconnaissance et attachement

Mon très Révérend Père

Votre très humble et obéissant serviteur
P. Joseph Passerat S.dos Cong. SS. Red.

De Lucerne, ce 18 janvier 1805

Notre adresse est: Jestette près Schaffhouse en Suisse.
Vous voudrez bien adresser votre envoi en ce lieu.

9. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Jestetten 12 II 1805.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Jestettae, 12ª febr. 1805

Mon très Révérend Père

Nous vous avons envoyé dernièrement par Augsbourg une lettre d'échange [!] de 1600 # argent de France, ce qui fait 133 ducats argent d'Autriche. C'est pour réparer les 100 ducats perdus; les 33 de surplus vous les emploirez pour acheter les différentes choses qui vous ont été demandées, le reste sera pour l'avenir. Je vous répète les petits achats que vous êtes prié de nous faire:

1°) 5 livres de médailles dont 2 de petites, 2 de moyennes et 1 de grosses. Que ces médailles représentent, autant que faire se pourra, les Cœurs de Jésus et de Marie, les Sept Douleurs, St. Joseph, les SS. Apôtres et autres Saints nouveaux.

2°) Deux exemplaires de la vie détaillée de N. Vén. Fondateur.

3°) Des propres de notre Congrégation pour le bréviaire 12, si cela se peut, ou au moins 6; autant de propres pour lire la Ste. Messe. Car nous ne pouvons en faire une impression pour le moment, vu que nous avons promis de donner pour la Canonisation les Messes de chaque nouveau prêtre durant 6 mois.

4°) Les cordes de violon doivent être de boyau et non de métal. Envoyez la quantité que le R.P. Vicaire gén. vous a demandée.

Nous n'avons point d'intentions de Messes dans notre maison d'Jestette, où nous sommes comme en exil. Varsovie nous nourrit. Le R. P. Hoffbauer vous en fera avoir de Varsovie.

Je n'ai rien reçu par Monseigneur le Nonce Apostolique Testaferrata, ni en lettres, ni en livres, comme vous me l'avez annoncé. Vous m'étonnez en me demandant les Visites du T.S. Sacrement et Lan <?>; je vous ai envoyé ces deux ouvrages par Augsbourg. Je crois bien qu'ils ont éprouvé du retard, mais je pensois que vous les aviez certainement reçus.

Je me recommande bien instamment à vos prières surtout au St. Sacrifice; je vous prie de m'accorder la grâce de vous acquitter de ce devoir de charité d'une manière spéciale, car j'en ai un besoin mais un besoin non commun, et suis avec respect et reconnaissance

Mon très R. P.

Votre très humble et très obéissant
serviteur et confrère en J.C.
P. J. Passerat S. C.SS.R.

Le R. P. R[*ecteur*] de Spello a parlé à nos RR. PP. d'une théologie morale de notre Vén. Fondateur réduite en méthode scolastique par un ancien Jésuite. Elle doit se trouver à Parme ou à Plaisance. Ecrivez-nous, s'il vous plait, quelque chose de sûr à ce sujet. [Cfr DE MEUL., *Bibl.* III 209].

P. Obéiss. [= *Par obéissance*]. Je souhaite que la paix règne entre nos RR. PP. Italiens comme vous le dites. Pour nous, nous sommes pleins de joie lorsque nous recevons des lettres de Varsovie. Un chien de notre maison iroit à Varsovie, qu'on l'y recevroit comme en triomphe.

Je vous recommande ma mère, que j'apprends être très dangereusement malade.

La raison pourquoi vous n'avez pas reçu les livres est que nous n'avons pas mis sur l'adresse *in Coenobio Sti Aug.*, ce que nous ne savions pas encore. Ils vous ont été envoyés dans le mois de juin ou de juillet.

Voici une petite explication pour les cordes que vous êtes prié de nous envoyer :

E. sive les quintales qui sont les plus fines du violon. Vous les prendrez chez le marchand de Naples chez lequel le R. P. Hoffbauer en a déjà acheté. Une corde coûte 3 baioccho, mais si on les achète en paquet, on les a à meilleur marché. Dans chaque paquet il y vingt quatre cordes ou plus. Vous prendrez les paquets en gros, dans lesquels sont contenus des petits paquets; de ces gros paquets vous en enverrez la quantité que le R. P. vous en [*a*] demandée dans sa lettre.

A. sive la 2[e] corde. Vous en enverrez la quantité que l'on vous a demandée dans la première lettre.

D. ou bien la troisieme corde; la même quantité.

G. ou bien les cordes de métal; nous n'en avons pas besoin.

*Inscriptio a tergo*:
Adm. Reverendo Patri Procuratori Causae
Domino Domino Vinc. Ant. Giattini Cong.nis SS.mi Redempt.
Romae in Coenobio Sti Augustini Romae

10. - *S. Clemens ad PG V. Giattini, III 1805?* - Orig.: AG IX A 3.

J.M.J. Vivat Jesus amor meus!

Adm. Reverende Pater!

Tradidi Excellentissimo Domino Nuntio Apostolico Lucernensi ducendos [*!*] aureos hungaricos, et ipse faciet tibi exsolvere Romae apud suum actorem pro causa nostri Patris.

Vale, et ora pro me, tuo indignissimo Fratre

Clemens Maria Hoffbauer
Cong. SS.mi Redemptoris Vicarius Generalis
in Collegio Jestettensi ad Montem Thabor prope Constantiam

*Nota P.is Giattini*: A 9 Luglio dal Sig. Abb. D. Francesco Levissari, Agente del suddetto Mons. Nunzio, ho ricevuti Scudi romani 406.8; dice essere stati valutati gli Ungari 200 per Luigi 94 a Scudi 4.32 per Luigi etc.

*Inscriptio a tergo*:
Al R.mo Padre Padrone Colendissimo
Il R.mo Padre Don Vincenz Antonio Giattini
Procuratore Generale de la Congregatione del SS.mo Redentore Roma

11. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, 1806?* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

Très Révérend Père,

Je suis bien fâché de ne pouvoir encore vous envoyer Dupieu comme je vous l'avois promis. Je me suis adressé pour l'obtenir à un prêtre françois, homme intelligent et serviable, et il m'a répondu que ces sortes de bons livres ne se trouvoient que par hasard. Ainsi je vous prie de vouloir bien attendre que l'occasion se rencontre.

Excusez-moi de ces mots que je vais vous écrire non pour vous offenser mais par obéissance seulement.

Nous voyons avec un grand déplaisir la désunion qui règne dans notre Congrégation: nous aimons notre vocation, et cependant nous voyons en grand danger notre Congrégation, car, selon l'Evangile même, toute maison divisée ne peut subsister. Cette guerre intestine nous fait on ne peut pas plus mal au cœur; il est bien difficile que cela n'altère la charité, caractère distinctif des disciples de J. C. Nous sommes en deçà des Alpes, François, Polonois, Allemands etc., et cependant nous nous aimons et sommes unis. Nous prions bien le Seigneur, qui par son admirable naissance est venu réconcilier les pécheurs mêmes avec Dieu, de rétablir la paix dans notre Congrégation naissante.

Le R. Père Sabelli n'a pas su concilier notre attachement aux RR. PP. Italiens, en vexant nos Confrères qui furent à la maison d'Hispellum; sans ménager les RR. PP. Hoffbauer et Hübel qui sont nos supérieurs. Excusez votre très humble serviteur

P. Passerat

Le R. Père me dicte que le R. P. Sabelli les appelloit Barbaros, et que s'il venoit de nos cotés, il aurait beaucoup à se perfectionner dans la politesse; qu'il interroge le Cardinal Lydda [= *Litta*].

12. - *PG V. Giattini ad Patrem quendam in Warszawa, Roma 7 VIII 1806.* - Versio gallica: ANP AF$^{IV}$ 1046 n. 107.

Vive J.M.J.

Rome, 7 Août 1806

J'ai écrit et récrit à notre P. Hübl, dans laquelle lettre je joignais encore une dispense d'état [= *d'âge*] pour 17 mois à un de nos diacres, mais je n'en ai aucune réponse. J'ai écrit pareillement au R. P. Vicaire Hofbauer et a v. très sainte Congr. que le droit canon du R. M. Devoti est encore imparfait, non seulement n'étant pas terminé, mais le troisième tome n'étant pas même encore publié et il ne me répond pas là-dessus. Je ne comprends pas ce mystère, et prie en conséquence V. R. à me l'expliquer pour me tranquilliser.

Faites-moi aussi le plaisir d'aviser le P. Hübel non seulement de l'en-

voi de cette dispense, mais encore le prévenir qu'il y a de prêt huit sommaires et positions de la cause de mon Vénérable Mgr Liguori, ainsi que 100 et plus s'il est nécessaire d'abrégés de la vie du même avec les preuves de l'héroïsme de ses vertus en latin, que j'ai fait imprimer par condescendence à ses désirs; qu'également se trouvent prêts en partie les livres qu'il m'a demandés de Benoit 14, et autres pièces; lesquels susdits vénérables, je pouvais plus facilement me procurer de Venise, où ils ont été imprimés.

J'attends avec impatience une prompte réponse et suis avec tout le respect qui vous est dû, me recommandant à vos prières. Je suis de V. R. le très dévoué serviteur

Signé: Giattini

13. - *RP Th. Hübl ad PG V. Giattini, Wien 22 IX 1806.* - Orig.: AG IX B 30.

J.M.J.

Vienna, 22 Sept. 1806

Reverendissime Pater,

Non dubito R.mam Paternitatem tuam accepisse epistolam meam, quam die 23 Julii Varsavia expedivi, in qua nuntiavi me transmissurum esse pecuniam. Hodie, dum Viennae sum, consigno ad manus Excellentissimi D.ni Nuntii 501 nummos aureos hungaros, in mero auro, (et florenum imperialem unum)(1); quam summam Excellentissimus ex sua gratia dignatus est recipere eo fine, ut eandem Paternitati Vestrae per suum agentem Romae in auro admanuari curet.

Ex hac summa 501 # (et 1 floreni) (1), Paternitas tua mittere dignaberis Spoletum ad manus Domini Pauli Chiodetti aureos nummos = 223 $\frac{1}{20}$ et ad manus R. Patris Rectoris domus S. Philippi Hispellum aureos nummos = 114 $\frac{3}{20}$. Residua summa aureorum nummorum 164 manebit in manibus R.mae Paternitatis tuae; quomodo vero de isto residuo disponendum erit, in alia epistola proxime indicabo, sicut etiam D.no Chiodetti, et P. Rectori in Spello proxime epistolas informativas transmittam.

Interea Paternitatem tuam oro, ut orationibus tuis Deo me commendes, et bene te valere jubeo

humillimus frater ac servus
Th. Hübl C.SS.R.

*Inscriptio a tergo*:
R.mo Domino Domino ac Patri Venerandissimo
P.D. Vincentio Giattini Cong. SS.mi Red. Proc. Gen.
In Conventu S. Augustini Romae

(1) Verba inter parentheses posita in originali stilo plumbeo deleta sunt.

14. - *Prima pars epistulae RP.is. Th. Hübl ad PG V. Giattini, Wien 24 IX 1806.* - Orig.: AG IX B 30. (Altera pars epistulae edita: MH VIII 228-229).

Wienna, die 24 Septemb. 1806

J.M.J.

Reverendissime et Amantissime Pater,

Sub data 22 currentis consignavit noster R.mus. P. Vicarius Hofbauer ad manus Excellentissimi et R.mi D.ni Archiepiscopi Severoli, Nuncii Apostolici apud aulam imperialem Viennensem in auro bene numerato summam 501 aureos ungaricales, et florenum germanicum 1, ea intentione, ut per suum agentem Romae jubeat eandem summam in auro Paternitati tuae admanuari. Addidi quoque epistolam Exc.mo Nuncio pro Paternitate tua, mea manu exaratam, in qua promisi, aliam adhuc me scripturum, per tabellarium publicum mittendam, in qua quid de hac summa agendum et quomodo de illa disponendum tibi erit, distinctius me informationem daturum spopondi. Quod nunc in praesenti agere aggredior. Et quidem:

Paternitas tua ex hac summa mittet

| | | |
|---|---|---|
| 1° Spoletum ad manus Ill.mi Domini Paulo Chiodetti una cum adjacente epistola ad eundem directa, aureos ungaricales | = | 223 $\frac{1}{20}$ |
| 2° Ad manus Adm. Rev. Patris Rectoris domus S. Philippi in Spello, aureos ungaricales | = | 114 $\frac{3}{20}$ |
| 3° Summa aureorum ungaricalium | | 164 |
| Summa Summarum | | 501 $\frac{1}{5}$ |

manebit in manibus Paternitatis tuae, et de isto residuo 164 ungaricorum sequens facienda est dispositio:

| | |
|---|---|
| Pro 207 Missis, quas sub data 23 Julii celebrandas assignavi, veniunt Paternitati tuae a me solvendi aurei ungaricales | 12 |
| Pro 471 Missis, quas nunc in hac praesente epistola celebrandas assigno - aurei ungaricales | 35 |
| Pro Causa Beatificationis Ven. Patri nostri - aurei ungaricales | 26½ |
| Pro solvendis libris, quos nuper mittendos mihi postulavi - aurei ungaricales | 41 |
| Summa | 114½ |

Nunc adhuc, praeter residuum ex anno transacto, remanebunt penes Paternitatem tuam aurei nummi 49½, de quibus tardius dispositio sequetur. Quidquid ex <pecunia> libris determinata remanebit, applicabitur ad comparandos alios libros, v.g. 3$^{um}$ totum Juris Canonici Devoti et Opera Cardi-

nalis Gerdil, quae proxime in lucem prodibunt, <quorum> quilibet tomus constabit 10 Paolis.

R. P. Vicarius...

*Nota P.is Giattini*: Le messe vengono a baj. 12 le prime 207; l'altre a baj. 15.
*Inscriptio a tergo*:
Al R.mo Padre Padrone Colendissimo
Il Padre Don Vincenzo Giattini,
Procuratore Generale della Congregazione del SS.mo Redentore
Nel Convento di S. Agostino Roma

15. - *Prima pars epistulae RP.is Th. Hübl ad PG V. Giattini, Wien 21 X 1806.* - Orig.: AG IX B 30. (Altera pars epistulae edita: MH VIII 231-232).

J.M.J.

Vienna, 21 Ottobre 1806

Reverendissime Pater ac Frater in Xto Colendissime!

Epistolas binas meas, quarum unam nuper cum cursore ordinario misi, alteram vero una cum 501 aureis ungaricis Exc.mo D.no Nuntio Viennae manenti tradidi, ut per certam occasionem, quae tunc Romam discessura erat, Paternitati Vestrae admanuaretur, spero quod Paternitas Vestra R.ma, jam acceperit, et de pecunia juxta ordinationem in epistola factam, disposuerit.

Non dubito pariter, quod fasciculum librorum, quos dudum jam rogaveram, pro Warsavia expedire dignaretur; alioquin in alia mea epistola designavi expeditores ad quos Triestum fasciculus mitti deberet, qui illum ulterius Varsaviam usque promovere debent.

Ego cum...

[*Post nomen subscriptum additur*]: Paternitati Suae R.mae assigno absolvendas Missas numero 250. Calculationem elemosinae pro istis Missis alia occasione transmittam, quando adhuc plures in beneficium Causae Beatificationis trasmittere potero.

*P.S.* Aliquis ex devotione...

*Inscriptio a tergo ut in praecedenti n. 14.*

16. - *Exc. A. Severoli, Nuntius in Wien, ad PG V. Giattini, Wien 30 XI 1806.* - Orig.: AG IX B 35.

Reverendissimo Padre,

Avrebbe Vostra Paternità R.ma prima ricevuta la somma, che mi fu consegnata dal P. Hoffenbaver[!], se non mi fosse mancata l'occasione, che io avevo in pronto. Ho dovuto cercarne un altra, e non trovandola sono ricorso al Sig. Marchese Visconti. So che Egli ha dato immediatamente l'ordine per lo sborso, e a quest'ora saranno cinquecento zecchini effettivi nelle di Lei mani. Non si stupisca, se vede il divario di un zecchino, e 1. E' rimasto per isbaglio fuori della commissione, ed io glielo farò quanto prima

rimettere dal mio agente. La prego di qualche riscontro a mia quiete; accompagnandolo co' suoi comandi, che mi farò un pregio di eseguire per attestarle la stima e l'ossequio con cui mi rassegno

Di V.ra Paternità R.ma

Vienna, 30 9$^{bre}$ 1806

Dev. Obbl. Serv.
A. G. Arciv. di Petra

R.mo P. Vincenzo Ant. Giattini del SS. Red.
Proc. G.le, Roma

17. - *RP A. Marini ad S. Clementem et RP Th. Hübl, Spello 6 XII 1806.* - Versio gallica: ANP AF$^{IV}$ 1406 n. 98.

Vive Jésus Marie

Spello, 6 décembre 1806

Très chers et aimés P.P.,

Paul Chiodetti, notre ami commun, est venu chez moi, avec lequel nous avons concerté la manière de faire pervenir à V.R. avec sûreté notre missive. Nous remercions tous deux et sommes très reconnaissants de leurs bontés, tant pour les désagréments éprouvés à l'occasion de la vente de l'huile, que des soins pris pour nous envoyer l'argent produit par la dite vente. Je suis avec la communauté très reconnaissant de ce que vous avez bien voulu ordonner les 271 Messes, lesquelles jusqu'à cette heure on été presque toutes célébrées. Nous ne saurions constater mieux à V.R. d'une manière plus positive notre gratitude qu'en priant sans cesse Jésus Christ et la Ste. Vierge Marie tant pour votre santé spirituelle que temporelle.

J'ai reçu pour les 114 ducats 240.19.11 et P. Chiodetti pour les 223 en a reçu 469.88.1. Cela veut dire que chaque ducat à été évalué par les banquiers à 2.11. S'ils étaient venus effectivement, l'on aurait tiré 2.20 par ducat. Enfin nous sommes très contents et ne cessons de rendre grâces à V.R.

Si par [=*sans*] dérangement, je pouvais obtenir un nouveau nombre de Messes, je vous en serais très reconnaissant, vu la rareté que nous en éprouvons. Quant aux redevances qui doivent en provenir, il ne sera pas nécessaire que vous me les fassiez passer de suite, parce que un an de retard n'y ferait rien, et seulement lorsqu'il y aurait une occasion commode et assurée par Vienne. Grâces à Dieu nous jouissons toute la communauté d'une bonne santé. Elle est augmentée de C. P. Novelli. J'espère apprendre la même chose de votre part et de mon cher Jean, ainsi que de tous nos R.P., que je prie de vouloir bien se souvenir de nous dans leurs oraisons. Je prie en même temps V. R. d'adresser au Seigneur vos prières pour moi, qui ai l'honneur d'être de V. R. avec ma profonde estime

Votre très humble et dévoué serviteur
Signé: Ant. M. Marini de la S. du R.

17ª. - *Mercator P. Chiodetti ad RP Th. Hübl, Spello 6 XII 1806 ?* - Versio gallica: ANP AF$^{IV}$ 1046 n. 98.

Mes très Chers et Révérends P.P.,

Sur ce que le R. P. Marini vient de dire à V. R. sur la réception de l'argent, je ne puis qu'ajouter mes plus vifs remerciements pour les embarras, peines essuyées et pour le bien que V. R. m'ont prodigué. Ne pouvant, ni n'ayant aucun moyen de vous en témoigner ma reconnaissance, N. S. et la Ste. V. M. vous récompenseront en exauçant mes vœux et ceux de toute la famille. Vous observerez, que sur les 223 dont vous me disiez dans votre lettre que la réduction en écus romains ferait 496, mais l'agent de change n'en a compté au mois de mars que 469.80. Je ne comprends pas ce déficit de près de 26. Mais patience; V. R. n'y a aucune part, de quelque manière que cela soit, soyez-en remercié; et dans la semaine prochaine je lèverai le cens des Francolini. L'affaire est conclue et il ne s'agit que des obligations instituées.

Venons actuellement au nouvel intérêt. Je n'ai pas manqué de vous répondre de suite au sujet de l'huile; j'espère que vous la recevrez sous peu et me répondrez de même. Le prix de l'huile est présentement et ira dans quelques jours à 17.1-6, la somme de baiocchi 83, mais ce prix bas ne pourra pas durer.

Il aura une augmentation, mais que ceci ne vous décourage pas, parce que vous en aurez toujours pour nos deux sommes et quelque chose de plus. Ce que je vous recommande, si les circonstances vous le permettent, c'est de me répondre de suite, afin de pouvoir faire l'expédition et qu'elle puisse vous parvenir par la prochaine quarantaine. En conséquence une réponse prompte est très nécessaire et vivement désirée.

Venons à l'autre affaire. Je me flattai qu'à votre arrivée à Vienne V. R. y obtiendriez l'agrément d'une maison, mais nous avons été déjoués dans notre espoir. N'ayant pas eu ce plaisir, nous esperions en septembre prochain. Mais en attendant, dites-moi pour me souvenir, si vous approuvez et êtes du sentiment de prendre sous votre garde Mathieu, afin que je puisse prendre d'autres mesures. S'il en est autrement, dites-moi également votre sentiment.

Passons à un autre. Pourquoi dans votre lettre V.R., vous ne me nommez, et ne me donnez pas seulement un salut de notre très-cher, très-aimé bon P. Clément. Pourquoi ne pas me le nommer? Peut-être est-il mécontent de nous? Mais de quoi? Nous ne paraissons avoir manqué en rien. Toute la maison vous révère infiniment, et nous ne soupirons qu'après le plaisir de vous voir. Nous nous recommandons à vos saintes oraisons et vous prions de nous faire recommander en toute communauté, mais particulièrement au S. Sacrifice de la Ste. Messe de tous les RR. PP. de cette excellente et exemplaire communauté.

Nous finissons par vous prier de nous répondre sur ce que je vous disais dans ma dernière au sujet de l'huile, des marques et noms à qui diriger.

Vous baisant, de même qu'au Père Clément, les mains avec une reconnaissance infinie, respect et attachement

Signé: le très humble serviteur
Paul Chiodetti

*Nota*: Répondu le 7 mars 1807.

18. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Chur 28 VII 1807.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

Plurimum Reverende,

Ineunte mense Junio misi Reverendo Patri Antonio Mariae Marini epistolam, qua illi Missarum stipendia misi, nec scio, an eam acceperit, quia nullum dedit responsum. Nescio causam; forsan debebam loco Hispelli inscribere Spoleto, nam in alterutra harum urbium debet esse Rector. Rogo ergo ut velit inclusae epistolae justam directionem inscribere, eamque mittere, pro quo gratias agam, petoque excusationem.

Aliunde me omnesque Cisalpinos Confratres commendo precibus. Nam sumus in pressura gentium. Ex Bavaria emissi, refugium acquisivimus Curiae Rhaetorum, ex quo loco emissio jam decreta fuit. Et quidem tempestas videtur favente Deo mitescere, sed nondum tuti sumus; plurimi Confratres Varsavienses aegri decumbunt. Inquieti sumus de statu Neapolitanorum.

Osculor manus humillimus et addictissimus Servus et Confrater

P. Josephus Constantinus Passerat
Rector Cong. SS.mi Redempt

Curiae Rhaetorum ad St. Lucium, 28 julii 1807

*Inscriptio a tergo*:
Pl.m Reverendo Domino
D.no P. Marini [=*Giattini*], Procuratori Causae
In Coenobio S. Augustini Romae

19. - *RP I Passerat ad PG V. Giattini, Chur 12 VIII 1807.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

Jesus Maria Joseph

Plurimum Reverende Pater,

Mihi a R.mo P. Vicario Gen. Hoffbauer mandatum est, ut tuae R. Paternitati nuntiarem trium confratrum sacerdotum mortem, quorum unus P. Stanislaus Hausner 25[a] junii obiit ut speramus in Domino, similiter secundus R P. Jacobus Vannelet 26[a] junii. Tertius autem, auctor propagationis Congregationis nostrae in Polonia et Germania, Pl.um R. P. Thadaeus Hübel Rector Domus Varsaviensis, occubuit 4[a] julii martyr charitatis febri calida quam ex Italo quodam, cujus confessionem excepit, hauserat. R. P. Hoffbauer petit a tua Paternitate, ut Reverendissimum P. Generalem de tam tristi adventu informare velis. Rogat ultra dictus R.P. Vicarius Generalis,

ut postules a Summo Pontifice dispensationem 14 mensium qua possit Magister Martinus Schoelhorn, Clericus professus nostrae Congregationis, ad Sacrum Ordinem Presbiteratus promoveri. Bonae spei adolescens est et nunc reperitur Curiae in monasterio nostro ad S.tum Lucium.

Mitto tuae Pl.um R.dae Paternitati 241 intentiones implendas pro 74 fl. imp. 7 x. Pecuniam mittam brevi per primam ocasionem. Ut spero, recepit epistolam a me, qua rogabam, ut R.do P. Rectori Hispellensi inclusam epistolam mitteret, qua ei mittebam 567 intentiones implendas pro 154 flo. imperialibus. Si hanc non recepit, velit tua Paternitas ei nuntiare et curare, ut citissime impleantur, nam jam bis scripsi sine responsione, et sat magnum tempus effluxit.

Gauderem si in responsione tua Paternitas adderet quaedam circa methodum qua me possem dirigere in administratione muneris mei sub regimine P. R. P. Hoffbauer. Magnopere desideraremur uniri Italis, sed circumstantiae nullum strepitum permittunt. Immisceat quaeso monita et consolationes; libentissime scirem quaedam de statu Cong. in Italia. Alia vice diffusius scribam, hodie tempus urget.

Maneo tuae Pl.um R. P.

humillimus et addictissimus servus et confrater
P. Joseph. Const. Passerat R. Cong. SS. R.

Curiae Rhaetorum, $12^{a}$ $8^{ti}$ 1807

*Inscriptio a tergo*:
Reverendo Domino Domino Patri G[*i*]attini, Postulatori Causae
In Coenobio S.ti Augustini Romae

20. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Chur 30 IX 1807.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

Jesus Maria Joseph

Reverendissime Pater,

Tandem accepi epistolam Suae R.mae P. cum decreto <de> heroicitate quod nos omnes magno perfundit gaudio. Uti<nam> brevi possimus Nostro Ven. Fundatori memores et te<neros> animi sensus solemniter exhibere. R. P. Rector Hyspelli mihi misit dispensationem a R.ma S. P. obtentam, pro qua gratias ago amplissimas. Suadente R. P. Marini, aperire ausus sum epistolam ad Ill. D. Nuntium, quam ei mittere inutile videtur, cum intentionem non habeam ad eum accedendi pro Ordinibus, nisi forsan circumstantiae superventurae me cogant, nec tunc dispensatione utar.

Mitto iterum 473 intentiones pro summa 150 fl. Rhenensium circiter, nam accurate numerare, id est reducere, non valeo; nescio enim juste valorem monetae regionis, unde veniunt haec stipendia. Quoad solutionem haec mihi respondit R.mus P. Vic. gen., nempe pro his stipendiis valere pecuniam a R. P. Hübel ad S. R.am P. missam. Quod superest autem manet pro causa.

Osculor manus cum confratribus hujusce domus et me cum obsequioso venerationis cultu, tenerrimoque affectu subscribo R.mae P. S.

humillimum et addictissimum servum et confratrem in X°

P. J. C. Passerat C.SS.R.

Curiae ad S. Lucium, 30 $7^{bris}$ 1807

*Inscriptio a tergo:*

Reverendissimo Patri Domino Vincentio Ant. Giattini
Procuratori G.li Cong.nis SS.mi Redemptoris
In Coenobio S.ti Augustini Romae

21. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 4 I 1808.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Plurimum R.de Pater,

Non miretur tua R.da Paternitas si non responderim citius tuae epistolae ex 11 9bris. Non eram amplius Curiae; cum mea familia coactus fui exire. Nunc commoror Vespiae prope Brigam in Vallesia. Voluntas Dei sit benedicta in omnibus.

A longo tempore nullas a P. Hoffbauer accepi litteras, sed scribo illi per aliam viam et, ut spero, non frustra. Illi mittam copiam tuae P. et certe rationem dabit; vel si non ille, ego. Propterea non differat legere missas a me datas.

Iterum mitto 276 pro quibus statim recipiet solutionem per D. Nuntium Apost. Testaferrata. Ista sunt pinguiora; alia in futuro non mittam, ut mihi magna spes est. Nondum solvi R. P. Rect. Hyspellensi hac unica ratione, quod nil rescripsit mihi R. P. Hoffbauer nec sciam an solverit ipse; alia vice hoc modo non amplius agam. Rogo ut, quando t. P. mihi scribet, mihi notet summam, quam R. dicto P. Rectori Hyspellensi debeam; nam ista nota evanuit mihi in mea emigratione ex praecedenti mea habitatione. Summa quam recipiet, haec est 100 florenos Rhenenses pro 276; quas cito legi curet, ut postulo.

Dolemus de morte trium dictorum PP. et ultimo satisfecimus in parte et ultra satisfaciemus. Maneo ab obsequia omnia paratus et in fraterna dilectione
T. R. P.

humillimus et addictissimus servus et confrater

P. Jos. Passerat R. CSSR

Vespiae, $4^a$ jan. 1808
prope Brigam in Vallesia

Iterum enixe rogo tuam R.dam Paternitatem, ut velit nobis obtinere dispensationem pro nostro diacono Joanne Szulski ab aetate, nempe pro decem mensibus, qua possit promoveri ad ordinem sacrum Presbyteratus. Non miretur, si epistola haec tam tarde, post assignatam diem adveniat, nam hodie $21^a$ ejusdem mensis hanc ex posta requisivi, ut hanc gratiam a tua

R. Paternitate peterem, postquam audivi hanc meam epistolam adhuc in posta ex negligentia jacere. Spero fore ut brevi nova mittam stipendia. Ut spero etiam brevi mittet R. Pater Vicarius gen. pecuniam ad causam Nostri V. Patris Fundatoris.

Nobis affulget spes tandem nos hic stabiliendi; aliunde fiat voluntas Dei. His emigrationibus cogimur missiones facere non sine magno fructu, quamvis aliunde nobis licitum non sit. Adoranda Providentia Dei, quae sic omnibus invitis facit ut finem nostrum attingamus.

*Inscriptio a tergo*:

Plurimum Reverendo Domino, Domino Ant. Vincentio Giattini
Sacerdote Cong. SS.mi Redempt., Procuratori Causae
In Coenobio S.ti Augustini Romae

22. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 10 III 1808.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

V.J.M.J.

Vespiae, 10ª Martii 1808

Plurimum Reverende in Christo Pater,

Recepit, ut spero, tua R. P. 100 florenos pro missis ultimato assignatis; quamvis tamen de hac summa securus non sim, nam negotiator quidam Curiensis, cui summa illa a me credita erat, quique a me mandatum acceperat eam Ill. D. Nuntio transmittendi, foro cessit, sed antequam hoc infortunium accideret, mihi scripsit se centum istos florenos misisse. Si mihi vera dixit, brevi recipies vel jam recepisti; si contra votum meum res se habeat, damna in me suscipiam in favorem causae. Quoad 714 alias tam tuae Pl. R. P. quam R. P. Rectori Hispellensi assignatas, expecto de die in diem occasionem mihi indicatam qua secure possim mittere summam debitam Lucernam Ill. D. Nuntio. Cum nesciam juste calculationem eleemosynae mihi traditae pro istis 714 intentionibus, ut tuae P. R. P. jam dixeram, rogans ut mihi calculationem hanc vellet remittere, mittam 200 fl. Rhenenses interea usque ad rectam informationem in hoc puncto. Insuper addo adhuc 330 intentiones pro quibus eleemosyna constat 126 fl. 5 patzoeis Rhenensibus, quos etiam mittam per dictam occasionem Ill. D. Nuntio. Opto ut tuae P. R. P. omnia perveniant.

Expectamus etiam dispensationem promissam pro nostro Diacono. Rogo etiam, cum scribet R. P. Hoffbauer, dicat ei, nos ab eo nullam accepisse epistolam a tempore quo R. P. Casimirus [*Langanki*] ad eum profectus est. Nuntiet mihi, quaeso, receptionem hujus pecuniae statim ac fiet.

Interea nos enixe commendamus precibus. Jam introspicimus aliquam nebulam; faciat Deus optimus, ut non in funestam quandam tempestatem crescat. Optamus etiam ardenter aliquid de statu nostrarum domorum ultra Alpes percipere.

Persevero debita cum veneratione et amore sincero Tuae P. R. P.

humillimus et addictissimus servus et confrater
P. J. C. Passerat Rect. Cong. SS. R.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Nota P.is Giattini:* | In 8$^{bre}$ | Missae | 241 | — fior. Imper. | 74 |
| | In 7$^{bre}$ | | 473 | — fior. Renens. | 150 |
| | 4 Genn. 1808 | | 276 | — fior. R. | 100 |
| | Oggi | | 330 | — fior. R. | 126 |
| | | | 1.320 | | 450 |

*Inscriptio a tergo:*
Plurimum Reverendo Domino, Domino Antonio Giattini
Sacerdoti & Procuratori Generali Congreg. SS. Redempt.
Romae in Coenobio S.i Augustini

23. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 24 VI 1808.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Plurimum Reverende Pater,

Misi tuae Pl. Rev. Paternitati forsan ante duos menses epistolam qua mittebam 550 intentiones, dico quingentas et quinquagenta, pro 216, dico ducentis et sexdecim florenis; quaque nuntiabam me eidem P. tuae Pl. R. misisse sexcentos et duos supra trigenta fl. mediante Revendiss. Episcopo Sedunensi. Hac in casu <nova> via, contra spes meas, misi totam summam <Dom.> cancellario Curiensi hac spe repletus <quod> medium certum inveniret tandem meum de<bitum> ad tuam Pl. R. P. transmittendi, de quo nunc dubito; siquidem mihi rescripsit se usurum Ill. Nuntio, quod mihi dissuaseras.

Nunc autem recipio epistolam a R. Nostro Vicario gener., mihi nuntianti, se meo erga te debito satisfecisse. Rogo ergo, ut mihi respondeat quoad haec omnia puncta et clare, et quoad numerandi rationem germanicam. Me moneat quaeso, casu quo possim illi intentiones mittere, an possit per aliquod temporis spatium eleemosynae expectare traditionem propter difficultatem eam mittendi.

Maneo corde et animo Tuae P. R. Paternitatis

humillimus et addictissimus servus et confrater
P. J. Passerat Cong. SS. R.

Vespiae prope Brigam in Valle, 24$^{a}$ junii 1808

Mittat rogo occasione data mea complimenta R. P. Rectori Hyspellensi et confratribus meque commendet precibus.

Rogo etiam ut saltem aliquot verborum monita immisceat, ut saltem tam arida non sit epistola.

*Inscriptio a tergo:*
Plurimum Reverendo Domino, Dom. P. M. Antonio Giattini, Procuratori Causae
In Coenobio S.ti Augustini Romae

24. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 25 VIII 1808.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Admodum Reverende Pater,

Gaudeo quod tandem tua Paternitas eleemosynas pro Missis acceperit. Expecto ut mihi scribat, qualem loco mei summam tradiderit R. P. Vicarius

gen., pro qua mittam tuae R. P. novas intentiones, curando ut statim recipiat, quod excederet summam quae in manibus habet, ut faciam de cetero. De cetero credat velim, me nullam negligentiam admississe; non semel de loco in locum translata est pecunia non sine labore et periculo. Quod autem Missae exilem eleemosynam annexam habeant, mihi vitio vertendum non est, nil enim mihi retinui nisi multas molestias, plurimaque pericula. Retributiones ex Rhaetia missae non superant 12 solidos. Hic longe pluris valent; sunt hae retributiones longe diversi inter se praemii.

Quamdam gratiam adhuc humillime et enixissime peterem. Haec est: ut velit tua R. P. a Sanctitate Sua obtinere facultatem erigendi quandam confraternitatem SS. Cordis Jesu pro parochia Vietzensi, aut germanice Viezen, in dioecesi Constantiensi, postulante parocho hujusdem parochiae ob fines solitos, cum concessione Indulgentiarum lucrandarum (praeter solitos dies a Sua Sanctitate jam diu huic societati ad lucrandas indulgentias determinatos) etiam 1^a^ dominica post octavam SS. Corporis Christi quae esset dies festi titularis, insuper dominica Dedicationis, dominica Quinquagesimae, die festo S.ti Conradi patroni ecclesiae parochialis, in festo Circumcisionis Domini; quae omnia festa Confessione, SS. Communione et processione Venerabilis celebranda essent. Petit etiam humillime orator, ut omnibus confitentibus et ad Sacram Synaxim accedentibus, simul et officio divino assistentibus, in quo Venerabile in Ciborio aut in Ostensorio exponeretur, dominicâ primâ cujusque mensis sicut et feriâ 2^a^ et 3^a^ Dedicationem ecclesiae et dominicam Quinquagesimam sequentibus, concedatur indulgentia.

Hanc gratiam ut a Sua Sanct. postulet tua P. R.da Paternitas, rogo enixissime per SS. Cor Jesu. Si aliqualem partem in tanto opere haberem, gauderem summopere ratione spei quam haberem merendi specialem protectionem istius Dulcissimi Cordis difficillimis his temporibus. Oh! si sciret tua P. R. P. quantis in angustiis gemimus. Varsaviensis domus, ut optime forsan nosti, totaliter est destructa. Habeo et expecto adhuc aliquos confratres istius domus. Rogo, dicat mihi, an possem aliquos in Italiam mittere. Rogo respondeat mihi quam citissime potest.

Accipiat 30 intentiones a 20 Crucigeros; brevi forsan majorem mittam quantitatem.

Me comendo enixissime precibus et maneo sincerrimo et humillimo corde

T. P. R.dae Paternitatis

Servus obedientissimus et addictissimus
P. J. Passerat S. C.SS.R.

Vespiae in Vallesia, 25 aug. 1808

Scripsi cito; parcat defectibus et mendis scripturae meae

*Inscriptio a tergo*:
Reverendo Pl.m Reverendo Patri G[*i*]attini
Procuratori generali Cong. SS.mi Redempt. et Postulatori Causae
In Coenobio S.ti Augustini Romae

25. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 20 X 1808.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat.

J.M.J.

Plurimum Reverende Pater,

Jam diu tuae admod. R.dae Paternitati epistolam misi, qua te certum faciebam de receptione chrirographi, mihi acceptionem pecuniae a me ad te [*missae*] asserentis, nec responsum adhuc habui.

Tuae admod. R.dae P. mittebam iterum 30 Missarum stipendia pro valore 8 florenorum Rhenensium; iterum addo tot id est 30 nova pro eodem valore. Rogo insuper ut hanc summulam demas a summa tibi a me missa, iterumque mihi eamdem remittas, nam hic et nunc, cum amplius nulla spes maneat recipiendi vel stipendia vel aliud quid a R. P. Hoffbauer, cujus sors sine dubio tibi nota erit, non potero amplius tibi mittere, et summopere indigerem meo, nam numerus meorum Conf. crevit et necessitas nostra. Ideo rogo per amorem Dei et Cong. ut Agenti Episcopatus Curiensis in manus tradas, quae in manibus ex me habes — mihi certe reddetur, ut jam instructus sum.

Expecto brevi responsum, maneoque cum veneratione gratitudineque

Tuae Reverentiae plurimum honorandae

humillimus et addictissimus servus et frater

P. J. Passerat R. C.SS.R.

Vespiae prope Brigam in Vallesia, 20ª 8$^{bris}$ 1808

Commendo me ad omnia sancta enixissime

*Inscriptio a tergo*:

Plurimum Reverendo Domino Antonio Vincentio G[*i*]attini Procuratori Causae
In Coenobio S.ti Augustini Romae

26. - *RP I. Podgórski ad PG V. Giattini, Radzymin 14 II 1809.* - Orig.: AG IX B 36.

Radzymin, Die 14 Februarii [1809]

J.M.J.

Illustrissime Domine Domine!

Epistolam Ill.mi accepi et dispensationem, pro R. D.no Dombrowski, pro qua gratias enixe agit. Debitum pro expensis reddidit mihi, et ego Ill.mo Do. D. Zachariasiewic Officiali Ducatus Varsaviensis, qui Reverentiae vestrae vel iam trasmisit vel trasmittet brevi.

Restat mihi adhuc unum negotium quod ut efficiat rogo Illustrissimum. Nempe: In Ecclesia Paroch. Radziminensi habuimus indulgentias pro die 24 Junii in festo S. Joannis Bapt., 6 Augusti fest. Transfigurationis Domini et in festo B. V. SS. Rosarii plenarias et Dominica 3 post Pentecosten in Dedicatione Ecclesiae. - Haec omnia testimonia perierunt in revolutione: vellemus ergo habere a SS. Domino nostro Papa confirmationem et adhuc novas indulgentias plenarias pro festo Pentecostes, hoc est 40 horarum, ut populus

magis agnoscat donum Spiritus S. et excitetur ad devotionem, uti etiam pro festo Annuntiationis B. V. Mariae indulgentiam plenariam. Faciat ergo Illustrissimus ut adhuc isto anno possimus celebrare devotionem 40 horarum pro Pentecoste.

Mihi et toti parochiae efficiet maximum gaudium et orabimus certe pro Ill.mo Domino. His enarratis commendo me benevolentiae et orationibus, qui sum indignus Servus Illustrissimi

Joannes Podgórski Cong. SS. Redemp. Presbiter

PS. Epistolam mittat Illm.us Do. eadem via qua preteritam, hoc est per Viennam, Cracoviam, Siedlec in Oeuniev a Radzimin.

*Inscriptio a tergo*:
Illustrissimo Domino, Domino Giat[*t*]ini
Procuratori Generali Cong. SS. Redempt.
Ad S. Augustinum Romae

27. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 9 IV 1809*. - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Plurimum R.de Pater,

Non est quod vel minime offendatur tua admodum R.da Paternitas, si a me nullum ad ultimam epistolam acceperit responsum; nam, omisso, quod responsum bene potuisset, postarum vitio, aberrare — sicut factum est saepius —, domi non eram. Iter enim aggressus sum, unde R.do P. Hoffbauer invento, felix — Deo sint laudes — redux sum, et statim calamum arripio, ne diutius terrore cruciaris, me omnibus bonis cessisse, id est *d'avoir fait banqueroute*, ob 60 missas tibi R.de Pater, nondum solutas.

Sed habeo quod mirer ego, cum legi in tua ultima te Adm. R.de Pater ab P. R.do P. Hoffbauer nullam pecuniam accepisse, cum mihi in antecedenti nuncies, imo ab ipso dicto Adm. R. P. Vic. nostro gen. oretenus acceperim, tantam summam per Eminent. Card. De Lydda [*Litta*] transmissam füisse. Sed habeo quod adhuc majori admiratione maximaque maestitia afficiar, cum in epistola quam ad D. Cancellarium direxisti, recuses 244 intentiones, nomine meo missas, nisi quasi altera manu tibi porrigatur pecunia. Otio careo, nimiumque tibi tempus eriperem, si vellem exprimere sensus quos in me talis agendi ratio parit. Sed tamen non possum, quin in charitate quaedam verba audeam.

Crede Pl. Reverende et amantissime Pater, crede: vere amarissimo dolore afficitur cor meum, non propter me, non quod aliquam injuriam mihi factam reputem — nullum honorem habeo nec mereor, nec volo nisi in cruce D.N.J.C. — sed quod charitas fraterna hac in re omnino laesa sit. Dicas quid vis: talis agendi ratio, quae vix probos inter mercatores ultramontanos locum inveniret, omnino decedet inter fratres non vinculo carnis sed vinculo charitatis in Christo ligatos. Crede, R.de et amantissime P., firmissime tene:

nos, saltem hic Vallesiani, pauperiores sumus quam ulla domus Italica; dividi tecum Missas quas habebam et uti habebam eas, ut potuisti videre ex eis quas tibi commisit D. Cancell. Curiensis; et hoc magna cum sollicitudine. Mihi non erant oneri, plurimas potuissem adhuc legere, alias multis aliis indigentibus easque petentibus committere, de manu ad manum, sine ullo labore et sollicitudine. Si diu solutionem expectasti non mea culpa; putabam Adm. R. P. V. g. solvisse, vel brevi soluturum fore. Cum autem vidi nimis dilatam solutionem, misi eam in specie de loco in locum, unde cum magno damno mihi remissa fuit. Perdidi 100 fl. quos tibi destinaveram per manus cujusdam mercatoris, quin obolum tibi demerem; quod jure potuissem, siquidem non debeo, cuidam serviendo, omne periculum rei in me suscipere. Idem ratiocinium, ut puto, valet etiam, si pecunia perventa - etiam ex confessione tua - ad manus Emin. Cardin., tibi reddita non fuisset. Tandem multis frustra tentatis mediis, mei confratres, per triginta sex horas itineris per partem difficillimi et periculosi, nives inter et praecipitia montium Helveticorum, species non adeo leves Curiam detulerunt, ut tandem citius et sine sumptu tuam rem reciperes. Et ecce, ex hoc quod 60 intentiones Missarum tibi nondum solutae sint, recusas 244 nomine meo commissas accipere. P. R. et amantissime Pater: Charitas fraterna talia non dictat, hoc me tangit dolore cordis intrinseco. *Semper desiderans desideravi inter vos vivere, sed nunc non amplius.* Maximis laboramus defectibus. Sed non habemus cor nec tam durum nec tam avarum ad invicem. Quilibet inter nos paratus est quolibet cum fratre dividere minimam vel partem. Si repetii pecuniam a me missam, postquam percepi Ad. R. P. Hoffbauer pro me satisfecisse, tanquam gratiam a charitate tua repetebam; magnis eram in angustiis. Sic non est bonum fratres habitare in unum. E.gr. [?] si essemus in ultima necessitate, nec a fratribus in Christo 60 intentiones pro nobis absolverentur, hoc magnum scandalum inter nos parit. In omnibus epistolis, excepta postulatione debiti tui, nil lego quod minimam affectionem exprimeret, quamvis tamen saepius hanc gratiam postulaverim. Interea tamen credas me semper paratum ad tibi meam tenerrimam affectionem demonstrandam, eo magis quod timeam ne talis agendi ratio in causa sit, cur R. P. Hoffb. manus suas non adeo avaras stringat. Quidquid sit, assero tibi ad. R. et am. P. a te nullum propter me damnum incurrendum fore. Respondeas mihi, quaeso, an adhuc pecunia a R. P. Hoffb. missa in manibus Eminentissimi Card. adhuc stet, praeterea an velis adhuc Missas accipere vel non. Ne sit offensa, velim, tua ad. R. Paternitas; haec mea dicta non ab irato sed maesto procedunt corde

humillimi et addictissimi servi et confratris

P. J. Passerat R. C.SS.R.

Vespiae, 9 aprilis 1809

*Inscriptio a tergo*:

Admodum Reverendo Domino, D. in Christo Patri Vincentio Ant. G[*i*]attini
Congr. SS.mi Redemptoris Procuratori Generali
In Coenobio S.ti Augustini Romae

28. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 18 V 1809.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

Vespiae, 18ª Maii 1809

J.M.J.

Plurimum Reverende Pater,

Mitto T. P. R. 122 intentiones, iterum alias 100, iterum 200 alias; ut spero non expectabis diu solutionem. Rogo enixe ut scribas Excell. de Lydda. Maximeque gauderem, si mihi directionem ad eumdem transmitteres, ad hoc ut possim de rebus quibusdam magni momenti ei scribere. Saltem requirat T. R. P. ab eo, quid de pecunia transmissa actum sit. Et rogo, quam citissime poteris, responsum.

Licentia ab Ordinariatu Constantiensi ad erectionem Confraternitatis denegata fuit, eo quod potius hac in dioecesi in Confraternitatum destructionem elaboretur. Rogo ut veniam mihi concedat, si offenderim, credatque me velim.

Paternitas tua P. Veneranda

humillimum et obedientissimum servum et confratrem

P. J. Passerat. Cong.SS.R. Rector

R. P. Offner Augustanus convertit vitam V. Fundatoris nostri in idioma germanicum, petiitque a me quo processerit causa canonisationis. Rogo scribat mihi tua P. R. rem sat minutim, nempe quot decreta lata sint, qua die, imo quidquid potest quoad hoc gloriam V. F. nostri promovere.

Ipsemet epistolam hanc fregi, ut haec oblita adderem.

*Inscriptio a tergo*:
Plurimum Reverendo Domino, D.no Antonio Vinc. G[*i*]attini
Congr. SS.mi Red. Procuratori Generali
In Coenobio S.ti Augustini Romae

29. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 6 VIII 1809.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Plurimum R.de Pater,

Mitto tuae Paternitati denuo Missarum intentiones 178, plus 18, plus 27, plus 122, plus 199, plus 885; pro quibus eleemosynam debitam mittam. Sed non statim, eam enim ipse nondum accepi; sed certa est. Commendo me enixissime precibus maneoque

Plurimum Reverende Pater

humillimus et addictissimus servus et confrater

P. J. Passerat Cong.SS.R.

Vespiae in Vallesia, 6 8ti 1809

*Inscriptio a tergo*:
Pl.um Reverendo ac Religioso Patri Antonio Vinc. Giattini
Sacerdoti Congr. SS.mi Redemptoris ac Procuratori Causae Romae

30. - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 15 X 1809.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Plurimum Reverende Pater,

Uti desiderat tua P. R. Paternitas, mitto hac in epistola exaratum valorem stipendiorum a te acceptorum et omnium, quae tibi nondum solvi, id est non tantum istorum priorum 482, sed etiam posteriorum 1429:

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 30 | à | 18 | 2/3 | crucigeris, qui faciunt: | 9 | florenos - | 20 | crucigeros | |
| 30 | à | 15 | 1/3 | | 7 | fl. | 40 | x | |
| 122 | à | 14 | 3/4 | | 30 | fl. | | | |
| 200 | à | 15 | 1/2 | | 51 | fl. | 40 | x | |
| 100 | à | 16 | 1/2 | | 27 | fl. | 30 | x | |
| 178 | à | 15 | 3/4 | | 47 | fl. | 12 | x | |
| 45 | à | 16 | 1/2 | | 12 | fl. | 22 | x | 1/2 |
| 122 | à | 14 | 3/4 | | 30 | fl. | | | |
| 199 | à | 15 | 1/2 | | 51 | fl. | <24> | | |
| <885 | à> | 16 | 1/2 | | 243 | fl. | 22 | 1/2 | |
| 1911 | Missas. | | | Summa | 510 | fl. | 31 | crucigeros | |

Quoad solutionem minime sis anxius rogo; tantum parum patientiae habeas et omnia redduntur. A longo tempore non recepi ullum nuntium a nostro Vicario Generali R. P. Hoffbauer.

Nunc peto ut mihi duas gratias obtineat tua P. R. P. Primo ut mihi obtineas pro subdiacono nostro Michaeli Beaumgaertner, post aliquot hebdomadas ad Diaconatum promoturo, dispensationem viginti mensium pro S. Sacerdotio, ratione tum incertitudinis et angustiarum temporum tum paupertatis nostrae.

2° ut mihi obtineas ejectionem e Congregatione Thomae Nosalewski, sacerdotis ex nostra Congregatione. A 3 annis circiter factus est sacerdos. Fere statim ac hunc ultimum ordinem adeptus est, sustulit velum hypocrisis quo se operuerat antea et jam ab isto tempore incepit tentare dispensationem obtinere. Post exhortationes et longam patientiam adjuvante Ordinario illum domi manere compuli. Sed non satis est illi regularem observantiam contemnere. Nullum non movet lapidem, ut nostrae domui hicce loci existenti noceat; noster infensissimus est inimicus. Nonnisi Deo protegente, novam ab illo excitatam tempestatem, nempe demissionem ab hac regione, evadere poterimus. Est impossibile ut tale subjectum diu possimus sufferre in hoc tempore et in hac regione, ubi nonnisi sumus tolerati. Rogo, explicet quantum poterit, modum agendi cum istiuscemodi hominibus. Nunquam enim isto extremo medio usus sum nec scio formam; et rogo, mittat quam citissime poterit. Demissus sum in amaritudine usque ad verticem capitis.

Quoad ceteros laudes sint Deo. Optimi sunt, nec durae circumstantiae

vocationem eorum concutiunt. Rogo tuam P. R. P., oret, oret pro nobis ut facimus pro omnibus nostris

Tuae P. Rev.dae Paternitatis

humillimus et addictissimus servus et confrater
P. J. Passerat Congreg. SS. R.

Vespiae in Vallesiae, 15ª 8^bris^ 1809

[*PS*] Quae de Patre Nosalewski dicta, vera attestamur

Pater Franz Xavier Hoffbauer Congr. SS. Redempt.
P. Ioannes Sabelli Congr. SS. Redempt., Consultor

*Inscriptio a tergo*:
Plurimum R.do Domino, Domino Vincentio Antonio G[*i*]attini
Sacerdoti Congr. SS.mi Redemptoris et Procuratori Causae
In Coenobio S.ti Augustini Romae

31 - *RP I. Passerat ad PG V. Giattini, Visp 29 III 1810.* - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat I.

J.M.J.

Plurimum Reverende Pater!

Has lineas Tuae Plurimum Rev. Paternitati mitto, tum ut parum adhuc patientiae mecum habeas quoad summam a me Tibi debitam, nam eandem forsan a Reverendissimo Domino P. Vicario Generali brevi accipies, tum ut petam, an spes effulgeat brevi dispensationem aetatis pro quindecim mensibus obtinendi, etiam quibusdam cum expensis, si aliter fieri nequeat. Si autem spes certa hanc gratiam <acci>piendi non adsit, rogo, det mihi Tua Paternitas responsionem; <tunc> alio me vertam. Persuadeas Te rogo de venerationis gratitudinisque sensibus, quibuscum maneo, me ad Sacra praesertim commendans

Tuae Reverentiae

Obedientissimus et addictissimus servus
P. J. Passerat ex Cong.SS.Red. r.

Vespiae, die 29° Martii 1810

*Inscriptio a tergo*:
Plurimum Reverendo Domino, D.no Patri Ant. Vinc. Giattini
Procuratori Gen.li Congr. SS.mi Redemptoris et Postulatori Causae
In Coenobio S. Augustini Romae

32 - *R.P. I. Sabelli ad RM P. Blasucci, Wien 3 V 1817.* - Orig.: AG IX B 44.

Vivat Jesus Maria Joseph Alphonsus — Viennae in Austria 3 Mayi 817

Reverendissime in Christo Pater!

Nolit quaeso humillime supplicanti indignari Paternitas Vestra Reverendissima, quod a pluribus jam annis urgente me conscientia, tandem ausim ad paterna Reverentiae Vestrae omnibus filiis suis in Christo dilectis prompta ac salluberrima reccurrere consilia vestra, atque mandata, quae mihi, licet personaliter ignoto, communi tamen quo universos sub vestris auspiciis ac regimine militantes felicissime Congregatos complectimini amore, consociato, minime dubitem adfutura, praecipue in summo salutem animae meae concernente negotio, quod nisi mihi adeo cordi esset, et non tot ac tantis

periculorum undique obrueretur procellis, levius utique portarem angustias continuo illud perstringentes, eique interitum minitantes futurum neque ad hunc gravissimum cujus unicum ac ultimum esse judico remedium salutare, consentissem recursum.

Persecutionem Ecclesiae catholicae praecipue in Germania nostra ope Napoleonis factam tantum habuisse effectum, ut extinctis cunctis ferme Ordinibus religiosis, individua quaeque Cong.nis nostrae ad illud usque tempus in unum consociata, trina exulatione ita sejunxit ab invicem, ut a decem annis et ultra in saeculum projecta, omnium majori in periculo cuncta versentur; et quidem non solum ratione status nostri, cum consideremur ut religiosi olim congregati postmodum dispersi; tribus votis ligati et eorum observantia soluti, juramento perseverantiae Congregationi devincti et jugo simul, sicut et moribus saecularium onerati; fere omnes expositi, ac obedientiae distinctorum spirituum sibi adversantis continuo subjecti, ast nulli satisfacientes, imo magis in dies a spiritu vocationis nostrae necessario subinde declinantes, perfectioni vitae insuper religiosae parum studiosi passim cernimur; et non minus a regularum Ordinis debita observantia, quam saeculum jubet, conspicimur alieni, qui qua tales deplorabili infortunio in hujus saeculi intumescentibus usquequaque fluctibus remanemus derelicti; — sed etiam et maxime cum videamur per dies et annos omni reunionis spe, qua unico efficaci salutis nostrae remedio frustrati! — !

Talis est status nostrorum post eorum dispersionem in Polonia, talis profecto et noster in Germania effectus est; nemo nos in hac miseria detinet quam injuriae ipsae temporum, quae non solum novos non permittunt introducere Ordines, sed etiam ipsos veteres exstinxisse gaudent, residuos quosdam persequentes identidem; nam si voluero Reverendissimum Patrem Clementem Hoffbauer Vicarium generalem ac Superiorem nostrum alicujus circa suos accusare incuriae aut negligentiae criminis, cujus zelus circa alios nunquam sat laudandus ac supra modum exemplaris apparet, id non modo temerarium existimarem omnino, sed et detractivum, quia nullus nostrum ignorat praelaudatum Rev.dum Patrem Hoffbauer non ex sua culpa summis hisce spiritualibus auxiliis hucusque nobis defuisse, quem aeque ac ceteros exilium passum esse noverit, sed quanto iis adhuc tempore nobis defuturus erit cum nulla adhuc spe fini alicui certo niti valeamus, Deus ipse novit.

Ex hac forte consideratione consuluit mihi ipsemet Reverendissimus Pater Hoffbauer motu proprio, ut ad Reverendissimum Dominum ac omnium nostrum in Christo Patrem Superiorem g.lem recurrem, quod consilium, cum ego uti prae ceteris spiritu debilior auxilioque indigentior <sa>lubrius nactus sim, qui per plures annos incessanter multis frustra ad monasterium ferrerer desideriis, multo vehementioribus nunc adhuc precibus Reverendissimam Paternitatem Vestram per viscera divinae misericordiae, nolentis mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat, suppliciter obsecrare decrevi, ut me tanto jam tempore exulem in aliquod provinciarum suarum monasterium vocare, meque in eo ubicumque fuerit collocare dignetur; elegi enim abjectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum in

quibus secundum vocationem meam nullatenus Deo servire me posse sentiam neque aliter salvum fieri.

Supplicissimus Orator infrascriptus sum Sacerdos in Congreg. SS.mi Redemptoris, anno 1803 professus, ac eodem anno Fulginii in Umbria cum dispensatione apostolica a defectu aetatis unius cum dimidio anni ad sacros Ordines per Antistitem Fulginensem D.num Marcum Antonium Moscardini promotus; natione austriaco Silesus; linguas calleo bene germanicam, polonicam, et latinam; intelligo etiam sat bene gallicam et italicam cui actu studeo, quamque in Italia per frequentiam usus brevi addiscere non despero. Si igitur in locis ubi domus Cong.nis nostrae existunt, etiam familiae quaedam supra dictarum linguarum adsint, ut in urbibus ordinarie contigit, potero illuc fieri utilis. Imprimis tamen supplicibus aeque postulabo precibus, ut si alicubi per gratiam Rev.ssimae Paternitatis Vestrae susceptus fuero, in novitiatum illico suscipiar, quatenus formali secundum regulas nostras novitiatus exercitio dignum Congregationis efficiar membrum, cujus saeculariter vivendo amisi spiritum; ideo paratus sum, etiamsi placuerit coetui fratrum servientium me aggregare, omnem dare operam, ut eis zelo, labore, patientia, coeterisque virtutibus adaequari merear (novi etiam artem sartoriam), nil aliud ultro desiderans, ac ut quando veniet Dominus, inveniat servum suum sic facientem, quemadmodum ei ordinatum fuerat.

Hanc enixissimam ac humilem deprecationem meam ad pedes Reverendissimae Paternitatis Vestrae submississime ea spe depono, ut pro paterna Sua circa nos sollicitudine ac amore, quo Suos in Italia et extra eam fovere non desinit et me licet prae cunctis indignissimum, filium tamen in Christo suum vera f<ilia>li confidentia ac teneritudine sibi devinctum, sincerisque obsequiis ultro <devin>cendum, sed nunc in saeculum projectum, derelictum, ac in eo ad interitum suum properantem, siccis adhuc cernere oculis, nec corde compati paterno, minime patietur! — !

Reponendo igitur iterum atque iterum humillimas preces meas atque enixissimas in cor paternum compatiens Rev.ssmae Paternitatis Vestrae, Ejusque me omnimodae subjiciens ordinationi, quidquid intuitu gravissimae necessitatis meae de plenitudine potestatis Suae atque Spiritus Dei miserentis dictamine salubrius circa me disponere Ei visum fuerit, id totum in responsione sua pro qua vehementius insto, quamque urgenti expecto desiderio, exprimere non dedignetur, mihique, Supplici suo, sanctam interim benedictionem virtute ac nomine Beatissimi Patris nostri Alphonsi Mariae elargiatur.

Qui summa qua par sum veneratione, et profundissimo respectu exosculor manus pedesve

Reverendissimae in Christo Paternitatis Vestrae

minimus ac paratissimus filius

P. Joannes Jos. Sabelli Cong.nis SS. Red.

P.S. Responsum placeat dirigere ad me P. Joannem Jos. Sabellj Cong.nis SS.mi Redemptoris Sacerdotem; ac p.t. ad S.tam Ursulam Viennae Cooperatorem. Sailerstätte n. 1048.

33. - *RP I. Sabelli ad PG V. Giattini, Wien 20 V 1817.* - Orig.: AG IX B 44.

Viennae, 20 May 817

Pl.um Rev.de in Christo Pater!

Inclusam hanc epistolam desidero summopere ad manus ipsius Rev.ssimi Patris Superioris g.lis proprias perveniendam, ut quae negotium magni momenti et urgens contineat. Cum autem ego nec stationem commorationis Ejus nec directionem epistolae securam noverim, ad Vestram Paternitatem plurimum Rev.dam recurrere statui, enixissime obsecrans, quatenus per gratiam Suam securitati hujus epistolae ultro prospicere, eamque facta inscriptione ad manus Ejusdem Rev.ssimi Patris Superioris generalis, ubi degit, certe transmittere dignetur, quapropter deobligatus remaneo R. P. V.

P. Jo.es Sabelli
Sac. Cong. SS.mi Red.

34. - *VG N. Mansione ad RP I. Sabelli, Pagani 18 VI 1817.* - Orig.: AG IX B 44.

J.M.J.

Nuceriae Paganorum, 18 Junij 1817

Tuae cum legerentur longe gratissimae nobis litterae, lacrimas tenere vix poteramus. Compatior, imo compatimur ex corde angustiis, aerumnis, necessitatibus tuis. Ille attamen ad quem confugisti, jam concessit in fata, jam vitam cum morte consummavit, R.mus nempe Pater D. Petrus Paulus Blasuccius, qui Major uti nostis erat Rector Major. Equidem de gravi ille sua convaluerat infirmitate, sed ea mox recrudescente ex recidiva extinctus est, Idibus Junij decurrentis anni. At bono animo esto. Ego enim subscriptus qui, nullo licet meritorum suffragio, electus tamquam Vicarius, ut loquimur, eius modo locum teneo, tibi lubentissime annuo. Quantocius itaque, ut commodum fuerit, sarcinalis collectis, surge, veni, propera Nuceriam Paganorum in Regno Neapolitano. Hic te in Dei caritate expansis excipiemus ulnis.

Saluta, si potes, Fratres nostros, precipue P. Hoffbauer, in Domino. Amanter te amplector, immo te mecum amplectuntur omnes consocij mei. In Sacrificijs tuis mei ricorderis, rogo. Vale.

[*H*]umilis Frater tuus in Domino
Nicolaus Mansione SS. Redemptoris
Vic. G.lis

*Inscriptio a tergo*:
Ad Rev.m P. Joannem Jos. Sabellj Sac. Cong. SS.mi Red.
Ad Sacram Ursulam Viennae Cooperatorem
Sailerstätte n° 1048 Viennae

35. - *Exc. P. Yenni, Ordinarius de Lausanne, ad Superiorem gen. CSSR, Fribourg 23 X 1817.* - Orig.: AG X A 1.

Reverendissimo Padre Padrone Oss.mo,

E' ben noto a V. P. Rev.ma, che il P. Giuseppe Passerat, Rettore della Congregazione del SS.mo Redentore, si trova da più anni in questa mia dio-

cesi di Losanna con diversi confratelli, di cui egli è il capo. Essendosi tanto lui che li suoi compagni conciliato in queste contrade, dove lavorano con frutto ed edificazione nella vigna del Signore, la stima e l'affetto generale, e desiderando io in particolare conservarli nella mia diocesi, trattasi adesso tra il Governo civile ed il P. Passerat suddetto, di stabilire definitivamente in questo Cantone di Friburgo una casa di detta Congregazione del SS.mo Redentore. Il Governo però, nel quale trovansi dei novatori, contrari alla chiesa (intelligenti pauca) fà delle indagini sulle regole, sullo spirito ... della ripetuta Congregazione. Sembra anche voler scrivere a V. P. Rev.ma in sua qualità di Superiore Generale della Congregazione. Onde è, che il P. Passerat, che amo e stimo molto, mi prega di indirizzarle la presente per informarla dell'occorrente e suggerirle, ricevendo lettere da questo Governo, di trasmetterci la risposta per mezzo del P. Hoffbauer, Vicario generale della Congregazione, e di concepirla a tenore delle presenti informazioni.

Tanto m'occorre di significarla; godo di questa occasione per contestarle la mia distintissima stima, con cui passo a soscrivermi

di V. P. Rev.ma

Divotissimo Servo
\+ Pierre - Tobie, Evêque de Lausanne
à Fribourg en Suisse

Fribourg en Suisse, li 23 ottobre 1817

*Inscriptio a tergo*:
Al R.mo Padre Padrone Oss.mo
P. Superiore generale della Congr. del SS.mo Redentore
Per Milan, Rome et Naples — Nocera
Regno di Napoli

36. - *RP I. Sabelli ad PG V. Giattini, Wien 12 XI 1817.* - Orig.: AG IX B 44.

Reverendissime in Christo Pater!

Postquam ex perdilecto confratre meo, Patre Martino, Roma reverso de obitu R.mi Patris Superioris generalis intellexerim, non dubito quin penes Paternitatem Vestram Reverendissimam stet, benevolam aurem praebere humillimis supplicationibus meis, hoc anno currente ad honorandas manus suas sub die 20 Maji jam porrectis. - Ecce medius iterum transivit annus quo nulla adhuc spes monasterium acquirendi apparet, et hic idem omnium elapsorum annorum casus est. Quales me, bone Deus, continuo desuper cruciantur angustiae et quoties me coactum sentio, relinquere mundum et tabernacula peccatorum, in quibus versari necessitor, et meipsum, et properare in domum Dei cui me a juventute mea consecraveram, et e quo undecimo jam anno cum mundo pereundus, in mundum projectus sum.

Quapropter timeo ne quandoque, postquam frustra expectavero, vincar, abs qua frequenter vexor tentatione in puncto omnia deserendi et mendicatim ut laicus monasterium quaerendi nostrum in Italia. Placeat recordari Rev.ssmam Paternitatem Vestram, quam vehementer obsecravi Reverendissimum p.m. Patrem Generalem nostrum in expositione mea supra memorata, quanta resignatione meum ipsius arbitrio subjecerim casum; quantaque illum

confidentia ante pedes suos deponi cupierim. Omnia haec iterum renovo et cum per eundem P. Martinum pariter intellexerim, quod pro transitu in aliam Cong.nis nostrae Provinciam etiam consensum R. P. Vicarii g.lis, Superioris mei respectivi, Patris Hoffbauer, omnino requiri (et quidem juste, nam subreptitie aliquid tentari apostaticum saperet), tunc et hunc in scriptis deferre promitto, modo mihi per manus Rev.ssmae Paternitatis Vestrae de certa receptione mei in monasterium quoddam nostrum, ubi exacta viget regularum observantia, et disciplina religiosa integro rigore servatur, constaret, pro qua vehementissime obsecro. Hacce enim gratia, mihi demerenti praestita, non destruetur altare, ut fert suspicio, sed potius jam destructum funditus aedificabitur.

Ne quaeso ideo offensa mihi sit Rev.ssma Paternitas Vestra, quod tam urgentibus Eam molestare ausim litteris; diuturnis enim ad id premor absque ullo levamine necessita<tibus> et miseriis.

Me interim sacris ad aram recommend<ando> suffragiis, summa qua par sum veneratione ę<moriens>

Reverendissimae Paternitatis Vestrae

deobligatissimus filius

P. Joan. Jos. Sabelli Cong.nis SS.mi Red.ris Sacerdos
Cooperator ad St. Ursulam in Urbe

Viennae in Austria, die 12$^{a}$ 9$^{bris}$ 1817

*Inscriptio a tergo*:
Reverendissimo in Christo Patri Antonio Vinc. Giattini
Cong.nis SS.mi Redemptoris Procuratori generali
Evangelisti Romae

37. - *RP M. Stark ad PG V. Giattini, Wien 19 XI 1817*. - Orig.: AG IX B 38.

J.M.J.

Reverendissime Pater!

Feliciter Viennae adveni 29$^{a}$ mensis 8$^{bris}$. Sollicitus de debito nostro solvendo, statim R.mo Patri Hoffbauer cum salutatione R.mae Paternitatis Tuae schedulam exhibui, in qua totius debiti summa continetur. Hujus solutionis retentio, quam ipse penitus ignoravit, maxime ipsimet displicuit et mihi mandavit, ut his Te R.me Pater litteris nomine suo affatim salutem, atque promittam totam summam brevi solutum iri.

Paucis ergo abhinc diebus aut per Excellentissimum Dominum Nuntium Leardi aut forsan aliam certam occasionem summam 510 florenorum mittet. De hac re noli ergo ulterius esse sollicitus.

R.mus Pater Hofbauer ulterius libenter pro viribus suis contribuet pro canonizatione N. B. Patris promovenda, quamprimum nostra conditio in melius ita mutetur ut valeat. Te R.me Pater et omnes fraterno affectu salutamus. Deus bene faciat omnibus et augeat incrementa totius Congregationis.

Ego me speciali adhuc venerationis affectu Paternitatis Tuae R.mae com-

mendo precibus atque benevolentiae, qui pariter in meis pietatis escercitiis memor, obsequentissime permaneo

Tuae Paternitatis R.mae

frater et servus humillimus
P. Martinus Starck Cong.SS.Red. S.

Viennae, 19ª 9$^{bris}$ 1817

Susceptis itaque a fratre et servo tuo Reverendissime Pater hisce ex officio exaratis litteris, a filio quoque toto corde Reverentiae Tuae devincto suas filiali affectu appositas benevole suscipere non dedigneris lineas, qui sese piae ad aram memoriae ac gratiis tuis impensissime recommendans permanet

Reverendissimae Paternitatis Tuae

patientissime expectans, obsequentissimus filius
P. Jo.es Jos. Sabelli C.SS.R.

*Inscriptio a tergo*:
Reverendissimo ac Religiosissimo Patri Vincentio Ant. Giattini
Cong.nis SS.mi Redemptoris Procuratori generali
Ad B. Mariam in Monterone Romae

38. - *RP M. Stark ad PG V. Giattini, Wien 1 XII 1817.* - Orig.: AG IX B 39.

Viennae 1ª 10$^{bris}$ 1817

J.M.J.

Reverendissime Pater in Christo!

Tertia abhinc septimana R.mae Paternitati Tuae epistolam misi per occasionem aliquam certam in qua R.mus Pater Hofbauer Te ex corde salutavit et debitam pecuniarum summam Tuae Paternitati subsequentibus diebus transmissurum promisit. Aliquos post dies dum discesserat illa epistola, ita, ut promissum erat, factum est. Ego ipsemet attuli Excellentissimo Nuntio D.no Leardi pecunias, scilicet 510 florenos imperiales, quae summa efficit 425 florenos caesareos sive viennenses, vel in auro 94 aureos et duos florenos (id est 94 cichini et 19 Pauli). Praestita erat haec solutio 27ª mensis elapsi Novembris. Speramus fore, ut jam acceperis. Nam altera die statim scripsit Excellentissimus Nuntius Romam ad suum Agentem, ut sine mora tibi praedictas pecunias solvat.

R.mus P. Hofbauer nescivit hoc debitum adhuc restare solvendum, alias jam pridem huic obligationi satisfecisset. Ipse enim credidit P. Rectorem cui etiam proprie convenisset, jam dudum solvisse et P. Passerat sine dubio idem sentivit de P. Hofbauer. Sit tandem utcunque velit, id certum est ex errore intervento, et nulla alia de causa, ita accidisse, qui nobismetipsis non minus quam Tuae Paternitati displicuit. Rogo Te adhuc R.me, ut paucis lineis R.um P. Hofbauer per Eminentissimum Nuntium certiorem reddere velis de acceptis pecuniis.

Rogaris ulterius, ut licentiam legendi omnes libros prohibitos procurare velis pro comite quodam, nimirum pro D.no Grocholski, comite russico et

eadem occasione per D.um Excell. Leardi P. Hofbauer transmittere. Praedictus Comes est di<ves?>, magnae auctoritatis, praeclaris famili<ae>, Vice-gubernator Provintiae Podolin<ec> in imperio russico, ac prorsus singularis pietatis et religionis zelo refertus, qui jam tertia vice pro hac gratia obtinenda mihi scripsit quam bene meretur, quamque ab ipso per Te R.me acceptum iri spero.

Recommendatos nos omnes Tuis precibus esse volo. Placeat acceptare hoc nostrum desiderium ut argumentum nostrae erga Te venerationis atque amoris. Quorum affectuum speciali impressione fraterna charitate Tibi devinctus, milliesque salutando et manus osculando permaneo

Paternatatis Tuae R.mae

servus et frater in Christo
Pater Martinus <CSSR>

*Inscriptio a tergo ut in epistula precedenti n. 37.*

39. - *RP M. Stark ad PG V. Giattini, Wien 12 IV 1818.* - Orig.: AG IX B 40.

J.M.J.

Reverendissime Pater!

Nudius tertius summa animi laetitia accepimus decretum procedendi in causa canonizationis nostri B. Patris. Forsitan indignatus est nobis Paternitas Tua, eo quod litteras supplicatorias, pro eadem sacra causa assumenda et promovenda ad Summum Pontificem non dedimus, sicut nobis scripsisti. Sed in hac parte precor nos habeas excusatos. Exspectavimus a diversis Hungariae Episcopis ejusmodi supplices libellos, quibuscum nostram supplicationem conjungere voluimus. Sed nondum miserunt, quia ignorarunt tam celeriter ad sacrum hoc opus progressum fieri.

Quoad Officium et Missam valde admiramur, quomodo Paternitas Tua interrogare potuit, utrum illa cupiamus habere; semper videmur a Te judicari ut filii spurii. Desideramus atque rogamus utique vehementer, ut, quamprimum fieri potest, digneris nobis mittere viginti quatuor exemplaria de Officio et sex de Missa. Princeps Jablonowska prestabit solutionem atque expensas.

Debitum illud, quod per Excell. D.um Nuntium Leardi transmisimus Paternitati Tuae, jam dudum, ante plures annos solverat P. Passerat. Ille misit pecuniam ad nuntiaturam Lucernae et facta est solutio D.no Testaferrata. Dignetur ergo Paternitas tua R.ma desuper loqui praedicto D.no Testaferrata, eo tempore auditori. Quaerat, si non recordatur, inter suas chartas aut in libris ubi ejusmodi res notantur et inveniet. P. Rector ipsemet ei scribet Romam.

Si Paternitas Tua pro nostris opus habet stipendia, scribat P. Hofbauer, et ipse libenter mittet de tempore ad tempus, et, ne in futuro aliquid simile accidat, mittet singulis vicibus unacum intentionibus etiam pecunias.

De ceteris nostris negotiis feliciter omnia procedunt in Germania. Etiam in Polonia nobis iterum oblatum est monasterium et R.us P. Hofbauer jam

illud acceptavit. Hac aestate valde probabiliter et ipse in Poloniam proficiscetur.

Commendamus nos omnes Tuis R.me P. omniumque vestrum orationibus, qui eadem obligatione obstricti summa charitate ac veneratione permanemus in Christo

Tui R.me Pater

fratres ac servi obs.
P. Martinus CSSR

Viennae, 12ª Aprilis 1818

40. - *RP M. Stark ad PG V. Giattini, Wien 8 V 1818.* - Orig.: AG IX B 42.

J.M.J.

Reverendissime Pater!

Spero, fore ut acceperis ultimas nostras litteras, quibus rogavi, ut nobis digneris transmittere Officium nostri B. Patris Missamque propriam. In eadem epistola Paternitati Tuae R.mae indicavi, quod R. P. Rector Passerat debitum 500 fl. jam dudum R.mo ac modo Em.mo Cardinali Testaferrata Tibi transmittendum solverat. Hanc summam Tibi relinquit R.us P. Hofbauer pro sumptibus ad canonizationem impendendis. Tuae curae R.me Pater igitur committimus, ut illius solutionem ad praedictum finem ab Em.mo D.no Testaferrata sollicites. Insuper mittit eadem ex causa pia R.us P. Hofbauer decem aureos, quos hodie ad Exc. D.um Nuntium Leardi deposui.

Precor te R.me Pater, ut omnium nostrum salutationem ac venerationem profundissimam benevole acceptare, nos Tuis precibus commendatos habere, atque aliquando paucis saltem lineis respondere digneris.

Reverendissimi Patris

servus ac frater in X.°
P. Martinus Stark Cong. SS.mi Redempt.

Viennae, 8 Maji 1818

41. - *RP M. Stark ad PG V. Giattini, Wien 4 VII 1818.* - Orig.: AG IX B 43.

J.M.J. Laudetur Jesus Christus

Reverendissime Pater!

Litterae R.mae Pat. Tuae ultimae continuerunt responsum ad penultimam nostram epistolam; de subsequenti vero, scilicet novissima, nulla facta est recordatio. Probabiliter nondum acceperas eo tempore. Misit Tibi in illa R.mus Pater Vic. gen. aureos ad canonizationis expensas contributos. Indicatum fuit insuper Tuae Pat., ut pecunias 510 fl. ab Em.mo D.no Cardinali Testaferrata restituendas sollicites et in canonizationis causam expendendas Tibi retineas. Si ab Em.mo D.no Cardinali responsionem acceperis, rogamus ut eam nobis indices.

Quod solutionem recusaturus sit quidem non puto, nam certum est, praefatam summam ipsi adlatam et ab ipso acceptatam fuisse.

Hodierna posta mittimus petitionem ad Summum Pontificem pro canonizatione N.B. Patris; Tuae vero Paternitati eodem tempore 150 aureos, sive ducatos, per Excell. D.um Nuntium Leardi pro eadem pia causa, quos nuperrime ex Polonia accepimus.

Quod ad reliquum in tua epistola respondendum esset, ad aliud tempus ubi commodius fieri potest remitto. Id solum notatum hic esse velim, te R.me Pater vehementer errare, si putas, aliquid nos studiose tibi occultare voluisse. Hucusque nihil certum potuimus scribere.

Modo autem de collegio in Helvetia Friburgii in Cantone ejusdem nominis, quod jam accepimus et actu possidemus, octo abhinc diebus nobis constat ex epistola a Patre Rectore obtenta. Quod idem ipsemet ille Tuae Pat. scribet, nam petiit epistolarum ad te mittendarum directionem. Quae autem in Polonia de eodem objecto tractantur, nondum finita sunt. Finalis tamen decisio pendet maxime ex parte R.mi P. Vic. gen., qui certe quod magis Congregationi conducit, decernet. De his omnibus proxima vice fusius scribam.

Interim nos omnes et nostra negotia vestris precibus recommendando, sincerrimo ex corde salutando, persuasam Tuam Paternitatem R.mam esse velim de nostra et mea specialiter erga Te veneratione atque affectu, quibuscum idendidem esse soleo

Tuae Pat. R.mae

indignus quidem sed affectuosissimus
frater in Xto P. Martinus

Wiennae, 4ª Julii 1818

42. - *RP I. Sabelli ad PG V. Giattini, Wien 2 VIII 1818.* - Orig.: AG IX B 44.

V.J.M.A.

Viennae, 2 Augusti 1818

Reverendissime in Christo Pater!

Hasce lineas in honorem festi Beatissimi Patris nostri Alphonsi Mariae, hodie occurrentis, benigne suscipias quaeso. Quantum me ipse epistola Tua, Reverendissime Pater, ad Excellentiss. D.num Nuntium nostrum olim directa ratione mei laetificare dignatus es, facile conjicies. Ad illam susceptionis mei in monasterio Hyspellensi gratissimam promissionem cunctis diebus spes meae tendunt; unica conditio illa, aequissime quidem per Reverentiam Tuam apposita, frustrat mihi hucusque finem promissionis Tuae, quia Rev.ssimus Pater non vult consentire in discessum meum, neque me in monasterium mittere, sed tantum vult ut penes ipsum maneam extra monasterium, quam periculosam obligationem evidens quotidiana oppugnat experientia, meque convincit, quod salutem animae meae extra monasterium nullatenus consequi possem, qui ea, quae juxta normam regulae nostrae vovi, quae juravi, non teneam, nec quidquam eorum observem, quaecumque requirit regula nostra; cum videam quod nunquam ad eorum observationem pervenire potero, donec oc-

currat mors amara et ego judicandus comparuero, et minus habens in statera inventus, propria culpa peream.

Reverendissimus P. Hoffbauer nullas alias rationes affert, cum me dimittere nolit, quam ne diminuatur personalitas provinciae germanicae, sed diminuetur in beatitudine aeterna, cum eam amissi fuerimus, non veritate, sed nomine tantum et veste nuncupati religiosi, quorum primus ego sum norma et exemplar perfectissimum. Non indignaberis mihi, Reverendissime Pater, si te appellavero judicem, ut dijudices super sortem animae religiosi, qui nunquam facit meditationem, silentium observat nunquam, qui nullum ordinem novit, qui in summa libertate vivit, ambulat, quiescit, dormit, vigilat, quando et quomodo vult, visitat domos solus, manducat et bibit quantum desiderat anima sua, qui de mortificatione vix aliquid percipit, confitetur quando et ubi vult, spiritualia exercitia per annos nunquam facit, de capitulo nunquam, de poenitentia numquam, de conferentiis spiritualibus nunquam audit, et haec omnia dicta de expressa aut tacita licentia S[*uperioris*].

Iam bonus habetur quando de scribendis copiosis litteris nullam omittit, maledictus si unam omittat; bonus quando ad horam prandii rite comparet, reprobus si non rite compareat; bonus quando pro Missa legenda venit, sed non malus licet peccatis oneratus veniat; tu videris, quid ad me; bonus quando circumcursat visitationis aut gratulationis causa amicis per civitatem, licet breviarium de praecepto alieno nondum dixerit etc. Quid nunc dixero aut quomodo appellavero actus citra seu contra licentiam productos!!! Deus propitius mihi esto... Silebo potius. Ergo dijudicare, Rever.ssme Pater, super sortem animae meae, talis sum ego religiosus et nisi suscipiar in disciplinam religiosam, actum est de me; ardet quidem adhuc scintilla bonae voluntatis in me, sed manenti in fluctibus, non producit flammam. Parce Rev.ssme Pater, in confidentia ha<ec omnia> confessus sum.

In tali statu per decennium gemens, abscissa spe e<menda>tionis extra monasterium, abscissa spe in illud veniendi, praesumpsi scribere ad Summum Pontificem ut de plenitudine potestatis suae dignetur circa me disponere, nihil horum quae hic dixi notum faciens, sed alias causas graves afferens, quae nemini praeter mihi ipsi obesse possunt. Obsecro igitur humillime Reverentiam Tuam, ut si Summus Pontifex circa me tecum agere vellet, pro me instando loquaris, ut mihi quandoque bene sit, et vivat anima mea gratia Tui. Me interim sacris precibus suis enixissime recommendans, exosculor manus et pedes, perfectissima submissione profundissimoque respectu emoriens

Reverendissimae Paternitatis Tuae

minimus servus
P. Jo.es Jos. Sabelli C.SS.R.

*Inscriptio a tergo:*

Al Rev.ssmo Padre Padrone Col.mo
Il Rev.mo Padre Don Wincent Giattini
Procuratore gen.le de la Cong.ne del SS.mo Redentore
Roma al S.to Augustino

43. - *PG V. Giattini ad RP I. Sabelli, Roma 9 IX 1818.* - Orig.: AG IX B 44.

Viva G.M.G.

Roma, 9 Sett. 1818

R.mo P.,

Non ho risposto alla vostra de 2 scorso, per aspettare l'esito delle vostre, accennatemi nella stessa. Questa mattina il S. Padre, per organo dell'Em.mo Card. Penitenziere Mag.re mi ha fatto sentire d'essere sua volontà, che V. R si ritiri qui, ed allora risolverassi il suo destino. Scriv'oggi stesso a S. E. R.ma Mons. Nunzio, al quale acchiudo anche questa per giungervi sicura, che facesse sentire al P. Vic. Hoffbauer questa espressa volontà del Sommo Pontefice, e mio piacere, acciò vi acconsentisse ed accordasse il permesso di partire per qui, ed in caso che non volesse condiscendere, partite pure liberamente, che vi accordo tutte le facoltà necessarie. Vi aspetto dunque non in S. Agostino come scrivete, ma in S. Maria in Monterone vicino S. Andrea della Valle, e fatemi prima un cenno del vostro arrivo.

Vi abbraccio con tutti; raccomandatemi con essi al Sig. e sono D.V.R.

Dev.mo Servid. e Fratello in G.C.

Vincenzant. Giattini del SS. Red.
Proc. Gen.le e Superiore

44. - *RP I. Sabelli ad PG V. Giattini, Wien 7 X 1818.* - Orig.: AG IX B 44.

Viennae, die 7ª Octobris 1818

Reverendissime in Christo Pater!

Gratias quas possum maximas Revers.sae Paternitati Vestrae fundo ex corde pro summo omnium beneficiorum mihi pauperculo tanta efficacia praestito, ut suum felicissimum absque mora sortitum sit effectum. Summo omnium Pastori, SS.mo D.no nostro Papae Pio, millies et millies gratissimo animo exosculor pedes, quod paterna sua qua omnium saluti providere conatur sollicitudine, etiam me miserrimum laqueis saeculi eripere dignatus est.

Statim iter, ut optaveram, aggressus fuissem, nisi morbo octo dies ante adventum epistolae Rev.tiae Vestrae superveniente, et nunc jam per 18 dies succrescente fuissem impeditus; non est ille quidem periculosus, sed requirit tempus donec sanetur; est malum in latere dextro, quod nunc jam valde inflammatum est; oportet ut haec inflammatio maturescat, fiat vulnus, et deinceps poterit mederi.

Reverendissime Pater! non adest possibilitas apud Policiam accipiendi passuales litteras Romam, eo quod austriacus sim, imo sub poena prohibitum est, eas postulandi. Coactus tamen Rever.mus Pater Hoffbauer voluntati Summi Pontificis facere satis constituit et Illust.mo D.no Auditori hujatis Nuntiaturae ap.licae promisit, quod statim ac convaluero et fuero aptus aggrediendi iter, me mittet ad Patrem Rectorem Passerat in Helvetiam; acceperunt enim hac aestate in possessionem monasterium in Sancta Valle dicta

in Cantone Friburgensi, quod jam partim incolunt. Sum ego etiam de hoc contentus, modo attingam finem vocationis meae.

P. Passerat est vir sanctus, magnus zelator observantiae regularis, et cum ibi caput sit, ero cum gratia Dei securus.

Si Summus Pontifex, si Reverendissima Paternitas Vestra de hac ordinatione sit contenta, pergam; forte et voluntas Dei est.

Repetendo meas gratiarum actiones rogo adhuc humillime, ut mihi permissum sit, statim ac pervenero illuc, scribere Rev.ssae Paternitati, cujus sacris maxime ad aram me recommendatum habere dignetur precibus. Exosculando pedes, maneoque

Rev.ssmae Paternitatis Vestrae

gratissimus filius
P. Jo.es Jos. Sabelli Secretarius
Cong.nis SS.mi Red.ris indignus

*Nota ad p. 27.* - Recentissime (29 V 1959) invenimus originalia duarum epistularum S.i Clementis ad R.mum P.em C. Angiolini SI, conservata in *Biblioteca Nazionale Centrale « Vittorio Emanuele » di Roma,* Lettere autografe 30, 11. - Copiae in AG conservatae et in MH editae, saepius cum originalibus non concordant; data occasione, textum genuinum in his foliis imprimi curabimus.

Debitas agimus gratias Dominae Prof. Doct. Olgae Pinto, « Vice Direttrice » Bibliothecae « Vittorio Emanuele », quae nos in epistulis inveniendis multum adiuvit.